et sociali omnium proprio apud quia omnium qui beatitudinem participare possunt et sit plus aliud quam deum debes diligere. 2o dilectio tua potius comparata a te ad proximum et tua dicto quod ex unitate te diligens secundum naturam spiritualem debes te magis diligere quam proximum ita quod non debes subire aliquod malum peccati ut proximum liberes a peccato et si tibi proponeretur eligas quod unus homo omnium vel salute unius vel salute tua propria cum damnatione aliorum hominum vel salute omnium aliorum cum tua damnatione si talia tibi per impossibile proponeret eligere potius debes ex caritate salutem propriam cum damnatione aliorum quod econverso. Si aut loquimur de amore proprio quo ad corpus in comparatione ad proximum sic debes plus proximum diligere quam corpus proprium ut Augustinus dicit in primo libro de doctrina christiana et ratio est quia maior est conformatio ad quam ad participationem beatitudinis anime nec ad animam proximi quam ad corpus nostrum quia anima proximi erit socia nostra in illa beatitudine non redundantia glorie sicut corpus nostrum quod erit gloriosum ex eo quod gloria anime redundat in corpus et ideo debemus plus diligere proximum quam corpus nostrum unde ut proximum liberemus a peccato debemus et mortem corporis sustinere sed homines sui ordinati se diligunt eo quod preponunt corpus suum proximo et sub isto proprio amor detinetur nec frangere possunt advertentes unde dicit Ieronimus in epistola 20 una est cathena que nos ligatos tenet amor vite et ideo dicit Christus ista cathena est amor proprius qui nos sollicitos reddit circa bona corporis et delectabilia frangendus est ut liber agere possitis id ad quod nos invito D. Continue animas in toto corde vestro. Sed ut ipsam cathenam citius frangamus sex in directa ad cognoscendum

sollicitudinem que facit iste amor sibi habeat fortia nobis innuens. Deus prouidet creature animali / Deus subuenit creature rationali / [?]na contentat in minimo nutrimento / Quia anima est preponenda bonis corporalibus / Quia aufert quietem a mente rationali / Quia totum diminuit in mundo finali

Dico primo quod amor proprius est [?] mouendus erga sollicitudinem cum deus prouideat creature animali

Ideo Christus ait in Matthaeo: Ne solliciti sitis anime vestre quid manducetis aut corpori quid induamini. Nonne anima plus est quam esca et corpus plus quam vestimentum. Respicite volatilia celi quia non serunt neque metunt neque congregant in horrea sua et pater vester celestis pascit illa et de vestimento quid solliciti estis. Considerate lilia agri quomodo crescunt et non laborant neque [?]. Dico autem vobis quod nec Salomon in omni gloria sua coopertus est sicut unum ex istis. Tene ergo quod si deus prouidet istis quod ita solliciti estis ex amore proprio erga hec. Dicit enim propheta: Tu das illis escam in tempore oportuno. Aperis tu manum tuam et imples omne animal benedictione. Qui ergo talia tenet et imples omne animal benedictione [?] prouidet tali creature propter nos cum propter nos sint facte non prouidebit nobis absit sed ut dicit propheta [?] et illud magis. Ideo amoueas amorem proprium erga tanta sollicitudine:

Dico 2o [?] Et ideo dicit propheta: Non vidi iustum derelictum nec semen eius querens panem. Ergo iacta cogitatum tuum in domino et ipse te enutriet. Sua panis [?] est ergo anima in deserto mirabiliter magis et panem subcinericium misit Helie per angelum ut in fortitudine cibi illius ambularet. Cibum misit Danieli existenti in lacu leonum per Abacuch. Cibavit in heremo Paulum heremitam. Magdalena in deserto ministrat anime per angelos Katherinam

in carceribus invenit 7 sic et alios multos factos
inveniabilit invenit nec mirum quia ut dicit Math.
scit enim pater vester quod hiis omnibus indigetis Un
ut dicit lucas Ita si vos cum sitis mali nostis bona
data dare filiis vestris quanto magis pater vester celes-
tis Quis enim a vobis patrem petit panem numquid
lapidem dabit illi aut piscem numquid pro pisce ser-
pentem dabit illi aut si petierit ovum numquid porri-
get ei scorpionem et si dicat non sic pater vester celestis
dabit bona petentibus se ideo ut dicit petrus omnem
sollicitudinem vestram proicientes in eum quia illi est cura de vobis
et sic a corde istum amorem proprium qui causat hanc
sollicitudinem removeatis :–

Dixi 3º etc Unde dicit philosophus et 2 boecius quod natura pau-
cis minimisque contenta est et ideo dicit apostolus habentes
victum et quibus tegamur hiis contenti simus Considerate
nostram principium et finem Unde dicit Job nudus egressus sum
de utero matris mee et nudus revertar illuc propterea
Salomon petebat d. divitias et paupertates ut dederis
michi sed tantum victum modo tribue necessaria volebat ergo Salomon
ut medium discordaret a fine et a principio ideo apostolus
non plus sapere i. querere quam oporteat sapere sed sapere
i. querere ad sobrietatem moderata ergo de eo nostra so-
licitudo in acquirendis post quod non multum natura requirit Unde
ergo Salomon Arguit eum qui tam sollicitus est circa pau-
ca sufficiat qui dicit Eccl. ergo Vidi et aliam vanita-
tem unus est 7 secundum non habet non filium non fratrem
et inde laborare non cessat nec saciatur oculus eius
divitiis nec recogitat dicens cui laboro 7 fraudo
do animam meam bonis quia propterea tollendus est iste
amor ne tam solliciti simus etc

Dixi 5º etc Augustinus dicit homo vis habere et bonus
non vis esse quod est ergo quod noles habere nec omnia
nec uxorem non filios non servum non tunicam
non tal[...] et tamen vis habere malam vitam Rogo

te prone vita tua caligis tue quid te offendit
vita tua quia sola vis mala ut michi omnia bona
tua solus sis malus Iste autem adeo mentis ce-
catus invalvit adeo homo interior absidit
ut omnia velit habere bona preter seipsum plus debet
homo amare bonitatem suam quam totum mundum Sed unde
est quod ita bona corporalia tantum diligit et animam
negligit nisi ex proprio carnali amore Et ideo amo-
vendus est cum anima corpori preponenda sit:–

Dixi 4º etc eo quod aufert quietem a mente mea natam
ex amore quem habet homo ad seipsum vult sibi omnia bona
terrena acquirere et inde fit quod totaliter sine quiete men-
tis deditus est terrenis acquirendis Unde dicit Origenes
in quodam omelia amor sui semper de terra cogitat
semper terrenos habet actus de terra lingua de terra loquitur
desiderat terram omnem spem suam ponit in terra ad
celum non respicit futura non cogitat iudicium dei non
metuit nec vitam eius promissa desiderat sed semper
de presentibus cogitat et ad eterna non suspirat et sic
tamquam mare fervet et nunquam in animo quiescit et
ideo amovendus est iste amor quia ad talem sollicitudinem inducit

Dixi 6º etc Ita ut dicit scriptura Cuius cor dormierit
non affert secum aperit manus suas et non videt
et ideo dicit Johannes dicis quia dives sum et nichil
habeo egeo et nescis quia miser es et miserabilis
pauper cecus 7 nudus Et ideo non enim sunt homines
bona quod secum ferre non possunt postquam dormierit sompnum 7
nichil invenerit viri divitiarum in manibus suis et ideo
removendus est iste amor proprius qui circa nos nos
ipsos reddit sollicitatos vane 7 infructuose cum omnia
dimictamus Unde ergo dicit Christus amoto istis de causis
isto amore potius agere ea ad que Christus inducit
de Convertimini admone qui sic nos in filios adoptavit
ut hereditatem feliciter possideatis Ita ut dicit lucas

Thomas parte 3a q. 23 ar.o primo deus in quantum ex sua bonitate admittit homines ad beatitudinis hereditatem dicitur eos adoptare hoc autem plus habet adoptio divina quam humana quod deus hominem quem adoptat ydoneum facit per gratiam ad hereditatem celestem percipiendam homo autem non facit ydoneum quem adoptat sed potius iam eligit optando ideo quia nos adoptat ad se vocat dicens convertimini ad me sed in toto corde vestro s.

Imitando interna pietate	primum tangit in 1a
Considerando divinam equitatem	parte ewangelii
Attendendo frenendalem penalitatem	usque ultima eius

secundum notatur ibi facto usque ad finem et si sicut fuerimus conversi hic obtinebimus gratiam et in futuro gloriam etc.

Convertimini ad me. Feria vi 2e dominice xl.

Exoptatis carnis detinentibus animam ne convertatur ad dominum. In asp. doctor ostendit quatuor impedimenta detinentia animam ne convertatur. Et primum impedimentum est pudor sive verecundia confitendi

Credit[ur] etc. 11o co. Quamvis magna divina ppriciacio illius omnibus querentibus ad se ubi non quod clara sit eis existit in miseria est autem miseria duplex quedam corporalis quedam spiritualis prima consistit in infirmitate corporis vel adversitate fortune et dicitur parva 2a consistit in anima quando subditur culpe et hec est maior. Unde magna pietas qua deus sublevat hominem corporali miseria dicitur parva illa non pietas qua sublevat animam a culpa dicitur magna et hec non habetur ab homine nisi ad illam disponatur per gratiam preveniente et ideo ad fontem gratie pro gratia impetranda accedamus dicens ave maria. Convertimini ad me quia heri declaratum fuit quod amor creaturarum multos detinet ne convertatur unde autem expletis carnis detinentibus incipiendum est de impedimentis detinentibus quorum primum sit pudor vel verecundia mala verecundia enim plurimos retrahit a penitentia et precipue superbos ypocritas qui volunt apparere hominibus deforis sancti et placere cum tamen sint infirmi intus et tunc infirmi et omni spurcicia plenum de qua quidem verecundia dicit ... sicut verecundia laudabilis est in malo ita reprehensibilis est in bono erubescere enim malum sapientis est bonum non erubescere fatuitas. Qui enim erubescat malum penitendo quod fecerat ad vite libertatem pervenit. Qui autem erubescit bonum a statu rectitudinis cadit et ad dampnationem tendit. Sed quare homo vereatur de operibus virtuosis declarat beatus Thomas 2a 2e q. c. xl ar.o 2o ar.o 3o dicens quod homo de eis verecundatur in quantum habentur ut viciosa secundum hominum opinionem ut in quantum homo refugit in operibus virtutis non tamen presumptione aut ex depulsatione et hoc contrahitur a bono et non vult confiteri. Sed antequam ultimum predas Quereret homo peccatores sed propter verecundiam quis confiteatur dicendo peccata sua preter unum ut absolvatur tacendo illud unum ex peccata sua prope verecundia ab ipso sacerdote ad quod respondetur quod dupliciter dicta verecundia non valet talis confessio nec absolvitur. Quia cum confessio debeat esse integra primo quia dominus summe bonus opus perfecte non vult aut totum hominem sanat aut imperfectionis non vult aut totum hominem sanat aut ut habetur de pe. di. 3a. Sunt plures. Et augustinus dicit ut ut habetur de pe. di. 3a. Quod plures. Et augustinus dicit Caveas ne verecundia ducaris dividas confessionem nam hoc est semper carere venia ad quam putas festinare puer de pe. di. 40 r.o In ea fine. Unde in ps. dicitur effundite coram illo corda vestra 2o ut dicit beatus Thomas mod... in pos. sinat quia sicut est de medicina corporali ita de medicina spirituali nam in medicina corporali oportet quod medicus non solum unum morbum quem medicinam dare debet cognoscat sed etiam totam habitudinem eius in firmum eo quod unus morbus ex admixtione alterius aggravatur et medicina quam unius morbo competeret alteri nocumentum prestaret Similiter est in peccatis quia unum aggravatur ex admixtione alterius et illud quod unum peccatum esset conveniens medicina alteri incentivum prestaret cum quis aliquibus contrariis peccatis infectus sit ut G. in pastorali docet et ideo de necessitate confessionis est quod homo omnia peccata sua confiteatur quam in memoria habet quod si non facit non est confessio sed confessionis simulatio et per consequens ille qui ex verecundia

tacet aliquod peccatum non est a sacerdote absolutus Et
ideo verecunda est ista talis verecundia ut agere valeas
ea ad que Christus invitat .d. Convertimini ad me in toto
corde vestro Ne igitur propter hanc retrahamur a bonorum opera
tiones adiutamur subiungam formam Non retrahat nos
hec verecundia viciosa racione etc.

Ultime confessionis
Divine invitacionis
Naturalis racionis
Copiose satisfacionis
Digne decisionis
Optime glorificacionis

Dixi primo etc. Ita sicut dicit beatus
Thomas in 4o sententiarum peccata
omnia in die iudicii erunt patencia
in oculis omnium aliter tamen iustorum
aliter reproborum peccata iustorum deformitates
quedam et ideo carebit ea
confusione sicut nec cicatrices martirum erunt ad defor
mitatem in corporibus illis gloriosis sed ad gloriam ut dicit
Augustinus Sed potius peccata illa reputabuntur divine miseri
cordie quia indulta sunt et exinde sancti provocabuntur ad lau
dandum divinam misericordiam Unde psalmista misericordias domini in eternum
cantabo Set peccata reproborum apparebunt ut deformitates
et exinde tantam confusionem habebunt quod non audebunt
oculos levare Unde de istis dicitur Naum 3o Revelabo
pudenda tua et ostendam gentibus nuditatem tuam
et regnis ignominiam tuam Iere 2o Confundentur vehementer
quia non intellexerunt obprobrium sempiternum quod num
quam delebitur Hanc itaque confusionem evadimus si
cum iustis ob verecundiam vanam a peccatorum confessione
et a bono perficiendo non retrahamur Ideo racione
huius ultime confusionis evadende propter verecundiam
non retrahamur a bono opere etc.

Dixi 2o etc. Ita si a malo non retrahit nos
aspectus dei videntis nos in omni loco quod magis est
quam a bono retrahit nos aspectus hominis quod est
minus Unde iuxta philosophum Sic de quo magis videtur inesse
et non inest quod de quo minus Et ideo dicit Ambrosius
Vereris hominem presentem et dei patris et filii et spiritus
sancti presentiam non vereris Unde iuxta apostolum omnia

nuda et aperta

nuda et aperta sunt oculis eius Ideo propheta dicit Si as
cendero in celum tu illic es Si descendero ad
infernum ades Si sumpsero pennas meas diluculo et
habitavero in extremis maris etc. Cum deus qui est ubique per
potenciam presenciam et essenciam videatque ubique corda
nostra et corpora et opera et cogitaciones et tamen non
verecundamur ista turpissima in oculis dei agere
Sed ergo ita insani sumus ut verecundemur agere
bona in oculis hominum timentes incurrere notam de
ypocrisi vel simile quid hec est maxima vanitas
et fatuitas propterea Ideo zelantes divinam iniuriam
qua nos ubique videt retrahamur ex verecundia
mala hominum verecundia propter bonum non timendo.

Dixi 3o etc. Racione racio naturalis dictat quod si homo non
verecundatur deturpare se quod non debet verecundari mun
dare se Ergo si homo habet immundiciam in facie apertius pot
issime confusione intrat conatur delere ut abstergere
Ergo si non erubuisti peccare quod inhonestum et inutile
est non debes secundum racionem naturalem erubescere confi
teri quod honestum et utile est Unde Crisostomus ait O insania
nimia hominum pudet ablui et non pudet inquinari
pudet sordes abstrahere et non pudet contrahere Ab
stergitur caligo et contempnitur anima Et ideo quia racio naturalis
docet quod sicut propter verecundiam non retracti sumus
nos a culpa propter peccatum quod nec propter ea retrahamur
a mundacione et ablucione illius quia lavamini
per confessionem et mundi estote ait propheta et auferte ma
lum cogitacionum vestrarum etc.

Dixi 4o etc. Quanto maior in vobis est verecundia
et non desistis propter hanc peccatum confiteri et bona agere
maius est meritum vestrum Unde ut dicit Augustinus in
libro de penitencia Vos itaque pro vos erubescite qui pro vos
peccastis Erubescencia namque partem habet remissi
onis verecundia enim magna est pena Ideo

qui erubescit pro eo dignus sit venia quisque proprio ore memoriam compungit ad lacrimas cum se iustificari sciat. Dicit pena cum id quod amiserit pe recolit et tunc erubescit. Unde quod verecundia cum sit pena et pena et pars remissionis ubi est maior verecundia est maior pena. Et per consequens maior pars remissionis est meritum. Hic est ut dicit quedam glosa quod sacerdos non debet audire confessionem suam ne auferat ei erubescentiam que ut dictum est est maxima pars pene. Sed debet mittere ad alium sacerdotem coram quo magis erubescat. Nam etiam coram uno erubesceret et ideo racione huius fructus non retrahit nos ista verecundia a bono.

Dixi secundo quod nec etiam propter bonum faciendum timendum est irrideri ab hominibus quia irrisiones sunt digne quia etiam mali irrident bonos de bonis operibus quod accidit, ac si ceci irriderent videntes de hoc quod vident et claudi recte incedentes. Ideo ipsa derisio deridenda est. Unde Seneca: Equo animo audienda sunt imperitorum convicia et ad honesta vadenti contemptus ipse contemptus est. Re. sententie non contempnat claudicantem si videat se irrideri ab eo de hoc quod recte vadit ut incedit. Quis non irrideret ipsum fatuum si vellet claudicanti assimilari quia ab eo deridetur. Et boecius dicit quod hii sunt similes avibus quarum oculos nox illuminat et lux cecat. Non ergo curandum est de hiis qui dicunt bonum malum et malum bonum. Ideo quia illi sunt digni derisione et vos non deum ad bonum tenditis. Ideo propter verecundiam non desistamus a bono.

Dixi tercio quod non etiam erubescere debemus de hoc de quo potius gloriandum est valde gloriosum. Quis bene vixit inter malos et male agentes ut quod male agere consuevit. Qui etiam erubescit agere bonum est similis illi qui erubescit de hoc quod a naufragio evasisset ut de eo quod sanus esset aliis ex eventibus leprosis ut medicis aliis minimum quod est maximum vituperium et ideo eius oppositum est

valde gloriosum. Ideo dicit Seneca: Nondum felix es si nondum turba te deridet. Hinc ibant apostoli gaudentes a conspectu concilii quoniam digni habiti sunt pro nomine Ihesu contumelia pati. Non ut dicit pater Gloria hec est omnibus sanctis eius. Ideo ut dicit Gregorius: Iustus honorari metuit despici non refugit sed propter Christum contumelia pati lucrum putat. Sic patet quod de causis non retrahat nos a bono verecundia ut melius agere valeamus id ad quod nos Christus invitat. Convertimini ad me. Set quod dicit ad me notatur. Nam ut dicit beatus Thomas in parte tercia questione 24 articulo 4 predestinatio Christi est causa nostre predestinationis. Nec tamen vero coniuge et eodem actu deus predestinavit ipsum et nos sed secundum finem predestinationis quia deus preordinat nostram salutem ab eterno predestinando ut per ipsum compleretur. Sic intelligit Paulus cum dicit ad ephesios 1: Deus predestinavit nos in adoptionem filiorum per ipsum. Hinc ergo ad se nos vocat dicens: Convertimini ad me ut per me compleatur predestinatio vestra. Sed quomodo in toto corde vestro. Scilicet

Vineam custodiendo diligenter	primum a principio ewangelii
In ea operando fideliter	usque ut presertim est
Amam timendo cordialiter	Secundum quod non fecerunt

isti ibi. Cum autem usque occiderunt tercium ibi. Cum ergo usque in finem secundum expositionem Voraginis Simon primo et secundo et si sic fuerit conversi habebitis graciam et in futuro gloriam obtinebitis. Amen.

Convertimini ad me. Sabbato 2e dominice Adventus

Scriptum est 3o Regum 8: Si egerit penitentiam in corde suo et conversi deprecati te fuerint dicentes peccavimus inique egimus impie gessimus et reversi fuerint ad te in universo corde suo et tota anima sua exaudies in celo in firmamento solii tui orationes eorum et preces. Sed quia nemo exauditur nisi primo acceptetur nec acceptatur nisi sit in gratia acceptante. Ideo ad fontem gratie pro gratia impetranda accedamus dicentes: Ave

2m impedimentum quod dicitur contra nec conversione est timor satisfaciendi. Ideo dico contra

Excitat e et postea i
pa q' scriptie ponit

maria Contum et Cum ha heri declaratu fuit q
pudor impediabat petore ne qfiteret addi
mus restat hodie declarandu quo timor satisfactie
di impediat eos ne ultius incedat ad ipos qfessor
Timet enim multi q no possent ferre pniaz q eis
imponeret et io desistut ad cofessione de quibus
dicit ps illic trepidauerut timore ubi no erat
timor no sit deberet timere p quibz eoz cu
aplo dicere oia possu in eo qui me cofortat puni
tut se enim ita vituperose a tali timore superari tamqz
pueri umbra timetes anteqz ultius procedamus
Recitat hoc petores tu no solu timeamus nos no
posse ferre pniaz in iugeda nob pptius mas sed
et dubitamus q si illa tam modica pniaz deus nisi
remitteret tot et tata peta q fecimus vellemus
facere utrum deo satisfacere possumus dico no Ad qd p
blema thomas in 4o sniaz q no effici deo de
bito uno modo ronem beneficij accepti alio modo rone qnis
p peti mihis aut honoribus qui sut apparetes
et deus et secudm phum impossibile e equivales
redde p qntitate p sufficit q ho reddat qd pot qz
amicitia no exigit equalens p qd possibile e vn
deus de beneficio dato hoi nec de offensa q eu co
missa reqrit ab homine aliquid equales p pporci
onalite p secudm id qd e ei debitu et gens ut fert
alexandrie pauperi peteti charitatem dedit castra et
dicit illo hoc michi no licet p statu domini dixit
alexander et hoc magnificencie mee debitu est
et gens Sic ho erga dm agere dz id qd possibilitati
sue e gens et illud q sic agit deus acceptat
et approbat in satisfactione debitu Sic sepe conti
git in humanis creditor q utitur rone et gracia no
exigit a debitore qd ei impossibile e nam si de
bitore depauperat e p fures ut raptores ut infor
tunium et no ex culpa sua Propter Creditor certa
li debeat habere eum excusatus quia videt illu

no posse tata qntitate restituere no exigit ab
eo nisi qntu pot Vn si no pot ei nisi x dona
tos dare creditor remanet qtentus et dicit se
satisfactu esse ab eo totu residuum parcedo si homo
ergo hoc agit deus q summe misericors e multo magis
id qd possibile hoi precipit Anathema sit cu ergo
preperit hoi pniaz .i. facite fructus dignos pnie
precipit hoi pniaz possibilem et no impossibilez et illaz
dicit digna s. remission petorum qd possunt hoies
p pniaz qua agut de satisfacere Ideo nisi timeamus
n' recedamus pniaz ppetue in sufficiete ad satisfaci
endu p illis insuper cu talis pnia no excedat vires
nras et impossibilitate nraz no timeamus illa assu
mere ut pperet satisfaciamus et sic agamus id ad qd nos
inuitat xpus dicens Couertimini ad me in toto corde
uestro Sz ut hunc timore expellamus a nob p re
media q'randa occurrunt scilicet

Primi puris pene moderitas
Secudm pnis pene leuitas
Tercium eiusde momentanea breuitas
Quartu futur pene gaudentatas
Quitu eius intollerabilis acerbitas
Sextu eius infinalis ppetuitas

Dico ergo q primum remedium ad re
mouendu timorem quo times assu
mere omnes pnias iniugendas
est istius pene

moditas nam et si qtenti pnie q sibi mea deberet
iniugi petoribus adhuc zu petorum sut valde pue
et modice et iste pene purgatorij q reseruatur
in alia uita si hic ad plenum no satisfacient
Sed aduertendu tamen e q ut dicitur mea no dz
iniugi pnia alicui n' q' ipse forte ut sibi minime
voluerat ut potuerit penitens et suscipe Vn dr
in Ray modo q si penitens no pt pnias taxat
a iure facere impoat ei sacerdos medietate q si
nec medietatem Ad hoc et deueniat ut po
nat ei unam pr nr iniugat ut qd semel in

in septimana vadat ad ecclesiam ut audiat et le-
vius et insuper alia bona que fecerit ei coniugat in
penitentia et male quod parcet tolerabit. Unde Crisostomus
melius est minorem rationem reddere quam pro aliqua crude-
litate. Ubi enim pater familias largus est dispensator
non debet esse tenax. Cum igitur deus est benignus, ut quid
sacerdos eius austerus vult apparere. Et ideo quia tam
modica potest esse pura non timeat quod eius onus sibi
Dixi quod secundum remedium contra predictis penam levitas. Le-
ve enim est onus penitentie. Unde dicit Crisostomus Quid
o homo penitentiam times, nichil in ea durum est, quin etiam
nunc delectatione habet. Cum gustaveris tunc presenties quam
suavis sit odor eius naribus et sapor eius fau-
cibus, non quando eam expavescas. Et hinc dicit Christus
Tollite iugum meum super vos, scilicet penitentie, et invenie-
tis requiem animabus vestris, scilicet per peccatorum remissionem.
Iugum enim suum suave est et onus meum leve, scilicet penitentie
quod scilicet ex parte mea coniungetur nobis leve erit si dolore
mei illud assumitis. Quia ut dicit Augustinus in nullo modo
sunt onerosi labores piscantium, venantium et aucu-
pantium, si ipsi delectat. Non ergo est timendum assumere
onus penitentie racione tante levitatis ex dei amore.
Dixi quod tertium remedium est contra ... si tota vita brevis
est, bene breve erit omne quod in ea erit. Et quia
aliud est quod talis pena brevis magnum premium
acquirit. Unde dicit Apostolus Quod momentaneum est tribula-
tionis nostre eterne glorie pondus operatur in nobis.
... ut plurimum solent sacerdotes ut homines habeant
occasionem frequentandi confessionem pro iii vel 2°
dies aut per mensem eis penitentiam iniungere et si ad
hoc esset fervens ut semel in septimana ieiu-
naret bone et breve et status levitatis sensibile
est. Stetisti per x annos in peccatis et in uno mense vel
anno tota ... penitentiam explebis. Et ideo hanc graciam
extirpa hunc vanum timorem ut contra valeas ad

dominum rez
Dixi ... remedium esse rez. Non enim solum cru-
ciabitur anima vel solum corpus sed anima simul et corpus
quia ut dicit philosophus operatio est coniuncta vel com-
munis. Et ideo sicut anima cum corpore et corpus cum anima pec-
cavit et demeruit, ita hec simul pati debent,
et non solum penam ignis, sed ut dicit Gregorius Erit
in inferno frigus insuperabile, ignis inextingui-
bilis, vermis inmortalis, fetor intollerabilis, te-
nebre palpabiles, flagella cedentium, horrenda visio
demonum, confusio peccatorum, desperatio omnium. Et ideo quia
tam magna est pena, eligamus potius hanc parvam
et eius timorem expellamus ut merito ...
Dixi quod quartum remedium rez ... acerbitas compellet.
... id ad quod natura refugit et abhorret ... ut dicit
philosophus in libro de anima omnia esse appetitus et illius ...
agitur quecumque agunt secundum naturam quatenus semper
... et inmortali esse perficiet secundum quod possunt ...
... aliquis ... hoc naturale desiderium appetit mortem
signum est maxime amaritudinis. Dampnati enim tan-
ta sentiunt acerbitatem ut mortem propriam desiderent
et fugiat mors ab eis. Et Ieronimus dicit O
mors quam dulcis esses quibus tam amara fuisti
mors quam sola desiderat, optat qui te sola vehemen-
ter ... Et ideo racione tantae acerbitatis non timeas
assumere onus penitentie.
Dixi quod sextum remedium contra dictum timorem rez dice-
tur enim dampnatis Matthei 25° Ite maledicti in
ignem eternum. Et Gregorius dicit momentanea est quod
delectat, eternum non quod cruciat. Et alibi dicit Ibi
mors semper vivit, finis semper incipit, defectus
deficere nescit ut sine fine permanent qui sine
fine compellebatur. Et ideo hanc de ta timore

sui medii omnes prime deponat ut sit agere va-
lerat vel ad quod Christus eos invitat dicens Conver-
timini sed ad me quia sum mediator dei et hominum
unde dicit ad Thimo. 2o quod unus est mediator dei
et hominum Christus Jhesus qui tradidit semetipsum
redemptorem pro omnibus nobis unde per ipsum tamquam
per mediatorem reconciliati sumus deo patri hic dicit
Paulus ad Cor. 5o capitulo deus erat in Christo mundum sibi recon-
cilians et ideo ad se vocat ut convertamur dicens Con-
vertimini ad me et cetera in toto corde vestro

Per salutiferam cognitionem | Hec 3a notantur in
Devotalem confessionem | ewangelio secundum
Per plenam satisfactionem | expositionem

Doctoris [illegible] in sermone eiusdem diei primo et
si sit [illegible] hic gratiam obtinebit et in futuro gloriam

Convertimini ad me dominica tertia et cetera

Nimia spes vel presumptio
contra fidem in deum [illegible]

Scriptum est Jone 3o capitulo Convertatur vir a via
sua mala et ab iniquitate que est in manibus
eorum Quis scit si convertatur et ignoscat deus et
revertatur a furore ire sue et non peribimus Sed
quia nemo potest viam et iniquitatem suam relinquere sine
auxilio gratie hinc ad fontem gratie pro gratia impe-
tranda accedamus dicentes Ave Maria gratia Convertimini
ad me etc. Quia homines declinati sunt quod timor
prime multos a bono retrahit hinc hoc de-
clarandum est quod spes presumptuosa non multos a bona
voluntate revocat nam aliqui aut sperant
diu vivere et dicunt dum ego sum iuvenis
nolo hic bonum tempus cum ero antiquus faciam
penitentiam aliqui ut puta avari et usurarii qui
volunt ita cito reddere que aliena sunt dicunt
ego spero bene lucrari et postea potero omnia
reddere et sic continue Alii sperant dicentes deus
ita misericors est quod nullo modo permittet me

dampnari et sic sub ista spe remanet et non
procedit ultimus ad conversionem sed antequam ultimus
peccavimus Caveant hodie nostri peccatores quia
in nobis est ista spes quam speramus dominum ita mi-
sericordem quod non permittat nos dampnari forte
volumus esse dampnati quia sunt in inferno hinc
aliquam spem sibi in dei misericordia quod aliquando eva-
dant illas penas ita quod sperent aliquando obtinere
beatitudinem Ad quod respondetur secundum beatum Thomam 2a 2e
q. 18 a. 3o Quod sicut de ratione beatitudinis est ut in ea
quietetur voluntas ita de ratione pene est ut id quod per
penam infligitur voluntati repugnet non autem potest
voluntatem quietare vel ei repugnaret quod [illegible]
ignorat Et ideo dicit Augustinus super Genesim ad litteram
Quod angeli perfecti beati esse non potuerunt in primo
statu ante confirmationem cum non essent presciti sui
eventus Requiritur enim ad veram et perfectam beati-
tudinem ut aliquis certus sit de sue beatitudinis perpetui-
tate alioquin voluntas non quietatur Similiter cum perpetu-
itas dampnationis pertineat ad penam dampna-
torum non vere haberent rationem pene nisi voluntati re-
pugnaret quod esse non posset si perpetuitatem sue dam-
pnationis ignorarent et ideo ad conditionem miserie
dampnatorum pertinet ut ipsi sciant quod nullo modo possunt
dampnationem evadere et ad beatitudinem pervenire
unde dicit Job 15o non credit quod reverti possit de te-
nebris ad lucem unde patet quod non possunt apprehendere
beatitudinem ut bonum possibile sicut nec beati ut bonum
futurum et ideo in dampnatis non potest esse spes Ho-
mines sperent dicentes deus est ita misericors quod quamvis nos ad
hunc penam liberabit sic nec nos peccare debemus
ut inde retrahamur a bono opere et sic non agamus
vel ad quod nos Christus invitat dicens Convertimini ad me
in toto corde vestro et cetera ut ista spes nos se-

ducat sex contra ipam quod nos ab illa contrahat quibus habemus
primo contra spem diu vivendi 2° contra spem divi-
tiarum 3° contra spem magne misericordie dei Et primo contra

Spem diu vivendi — Vite immobilem brevitatem / Mortis incerta rapacitatem

Spem divitiarum acquirendi — Omnimoda vanitatem / Detestabilem periculositatem

Spem misericordie dei — Divinam equitatem / Operis gravitatem

Dixi quod primo quod contra spem diu vivendi debemus
opponere vite immobilem brevitatem ne ab ipsa se-
ducamur unde dicit Iob Breves dies hominis sunt et
1019 numerus mensium eius apud te est Et alibi homo natus
de muliere breve vivens tempore nam si comparetur tempus
istud per comparationem ad tempus priorum parentum per comparationem
et ad se per comparationem ad tempus futurum ad 2 per
comparationem ad primum accipiendum breve est per comparationem
eius ad tempus priorum vivebat enim illi multo amplius
longiori tempore quam nos vivamus unde dicitur genesis quod facti
sunt omnes dies Ade nongenti et 30 anni facti
sunt dies Enos nongenti et quinque anni facti sunt omnes
dies Mathusale nongenti et 69 anni et sic de
aliis Ita per comparationem ad tale vivens tempus presens
est breve Est et breve in se unde apostolus tempus
breve est et ita breve quod mortales vix adisce-
re possunt ut ita dicam principia litterarum hinc inter
tabulas nimia est subtilitas nos mortales scimus
breve est itaque tempus et irrevocabile Unde Ovidius
in libro de arte amandi inquit eunt anni more flu-
entis aque nec quod preterijt iterum revocabitur unda
nec preterijt hora redire potest per comparationem 2 ad
tempus futurum breve est non breve est omne quod
non clauditur 2° enim quod fine non habet Cum
autem status futurus careat fine quod si mille anni

in comparatione illius quasi nichil vel modicum tempus videretur quo
dampnati 2° futuri si mille a pena illa deberet liberari
Quot enim vivimus modo arene a terra usque ad celum esset e-
narratis totaliter sit quod dampnatum unum granum il-
lius arene auferetur inde et non plus est 2 breve
per comparationem ad illud premium quod debemus lucrari in
sicut breve tempus est una dies hominum ad hoc quod
transeat misericordia adlucrandum 20 milia florenorum
vel ergo quod habeat dies et annos ita breve est istud tempus
admerendum vitam beatam unde dicit apostolus non sunt
condigne passiones huius temporis ad futuram gloriam que
revelabitur in nobis Et ideo quia ita breve est non
speremus diu Adhuc possum dicere spes bonis quod diu
vivat : — Dixi 2° quod contra istam spem debemus
opponere in certa mortis rapacitatem unde dicitur est alia
tor Vigilate quia nescitis diem neque horam quando dominus
venturus sit et Seneca in epistola 2° incertum est quo loco
te mors expectet Tu itaque omni loco eam expecta
Et tulius sepe quidem iam in genos legere capillos ce-
pe venit tacito tunica senecta pede Et ideo ait
Cato tempora longa promittere noli Quocumque in-
gredieris sequitur mors corporis umbra sicut
dicit Ovidius in libro epistolarum Occurrunt animo pereundi
mille figure mors quam minus pene quod mora mor-
tis habet Audimus enim et videmus multos subi-
tanea morte periisse multos de mane recede-
tes de domo quod aut per rixas aut aliquo alio eum
fortuito de sero vel aut hora prandij mortuum
reportatur ad domum et ideo habet dera conducatur
talis spes et cito diu tempus hec gustamur ad dolo
Dixi 3° quod spem divitias acquirendi opponemus
omnimoda vanitate non dicamus non possum
modo quia debeo multas pecunias red-
dere spero lucrari hinc ad tantum tempus tan-
tum quod ego potero et filijs meis habundat

prude et restituet que male acq̄sivit non
sit impij no sit audite quid dos dicat luc
12° cuida dicta ma hēs multa boa r̄posita in
anos plimos requiesce comede et epulare
Dixit aut illi dns stulte ac nocte aiam tua
repetent a te demones q̄ aut parasti cuius erunt
Et iob 3° dives cum dormierit nichil afferet secum
aperiet oculos suos et nichil inveniet et p̄s dormierunt
somnum suum et nichil invenerunt oēs viri divi
tiarum in manibus suis et in apoc dr dicis quia
dives sum et nullius egeo et nescis quia miser es et
miserabilis pauper nudus et cecus hoc sc̄ senties qua
do corpori recedet aia et ideo hac de causa spē acq̄re
di divicias contempnamus cum van hinc cecas ut
merito gliti valeamus ad dominum
Dixi 5° q̄ ita talem spem cernus detestabilem
periculositate via d[e] iacobus Qui volunt divites fieri
incidunt in temptacionem et in laqueum dyaboli et desideria multa et
inutilia que mergunt hominem in profundum Et xp̄s dicit
q̄ facilius e camelum p foramen acus intrare q̄ divitem
in trare regnum celorum Et hoc quia ita deprimuntur ab
onere divitiarum ita ut no possit alius conscendere Et ideo
dicit grḡus liberius ad patriam tendimus si in via
pondere caremus et alibi dicit Honus diviciarum abstu
lit me admirendum tenue expediunt 2° q̄ arta
e via q̄ ducit ad vitam Et io divites cum sint nimis
pingues no possunt p̄henire in trare ideo dr de
quolibet illorum impugnatus e dilectus nimis et incras
satus et recalcitravit et ideo p̄ tale periculus no p̄mit
tamus nos seduci a tali spe ut merito gliti valeamus
Dixi 4° q̄ ita spem dum in saluus debemus cre
dimus equitate via dicit grḡus ad magna iusticiam
in ductate pertinet ut nunquam supplicio careat q̄
in hac vita voluit carere peccato Et aug9 dicit

Cuius vita sine fine mortua sit in culpa eius mors
vivit sine fine in pena Non dimittit iusticia et ius di
mictat malum impunitum sed secundum mensuram delicti sit et
plagarum modus Apud ea hinc volentibus per talem spem
gliti et durantes in culpa sine timore permaneat ut sic pena
culpe correspondeat et ideo hac de causa no permittamus nos
seduci a tali spe ut merito gliti possimus
Dixi 6° etiam hoc e q̄ nisi quis vitat no obtinebit
veniam depetitis nec salutem q̄ sicut pena culpe ita
ut gloria merito correspondet Unde quia pueri decre
dentes sine baptismo no meruerunt salutem eternam
no salvantur nec incorporati fuerunt merito x' ideo
ad limbum descendunt q̄litz nullus post hanc vitam sa
lute perfrueter si hic illa no meruit hinc dcitur
est statibus in foro et nos in veniam meam misit
iusti fuerit dabo vobis et seq̄tur q̄ postq̄ laboraverunt
dixit dns vinee p̄curatori suo redde illis mercedem
sua Ecce 7° q̄ vana e ista spes qua speramus veniam
sine meritis obtinere Et ideo hac de causa no permittamus
nos ab ea seduci ut merito acq̄re valeamus id ad qd
nos xp̄us invitat dicens Convertimini ad me etc 3° q̄ ad me
q̄ omnibus contra peccata sit Unde ambrosius Omnis aia acce
dat ad q̄ contra x̄pus peccatis e nobis si volueris carere de
sideriis medicus e si febribus estuas fons est
si gravaris iniquitate iusticia e si morte times
vita est si cibum queris alimentum e si tenebras
fugis lux e si celum desideras via e et ut dicat
ad me si in toto corde vestro etc

Expellendo demone	primum a principio ewangelij usque
Comedendo reconciliamini	erat 2m in cum in mundus usque
Proferendo tandem	pessime 3m ibi extolles usque

ad finem Expone secundum doctrinam et sic fuerimus
qui sic hic obtinebimus graciam et in futuro gloriam ad quam etc

d' desperatione obtinendi veniam r̄ e ꝑ impedimentum

Convertimini ad me feria 2a dominice 3e xle

Scriptum est Jone 3o c° et vidit deus opera eorum quia conversi sunt a via sua mala et misertus est dominus super malitia quam locutus fuerat et faceret eis et non fecit. Sed quia deus non mutat sententiam nisi homo mutet vitam nec homo potest mutare vitam nisi luretur graciam hinc ad fontem gracie pro gratia impetranda recurramus dicentes. Ave maria. Convertimini etc. Quia heri declaratum fuit quod spes presumptuosa seducit animam ne convertatur hinc hodie declarandum est quod desperatio obtinendi veniam obviat et retrahit animam nec permittit eam ultimus procedere dicit enim homo ego tale peccatum feci quod non possem aliquo modo obtinere veniam maior est iniquitas mea quam ut veniam merear. Aut 2 dicit ego non unum sed quodammodo infinita peccata commisi quomodo est possibile quod deus tot peccata remittat michi vel dicit ego perseveravi in peccato usque ad senectutem meam et modo tum non possum amplius peccare ego confitear deus non acceptabit nec posset esse quod ipse posset vel vellet michi indulgere. Et hac de causa multi ultimus non procedunt sed remanent in peccatis suis sed antequam ultimus procedamus queratur hodie mea peccatores. Cum ergo ex tali desperatione non possimus habere contritionem ac devotionem aliquam debemus hic in contrito nobis. Respondeo secundum beatum Thomam quod confessio est actus virtutis et pars sacramenti secundum autem quod est actus virtutis sit est actus meritorius proprie et sic confessio non valet sine caritate et principium merendi. Secundum quod est pars sacramenti sit ordinat confitentem ad sacerdotem qui habet claves ecclesie qui per confessionem cognoscit conscientiam confitentis et secundum hoc potest confessio in eo qui non est contritus quia potest peccata sua sacerdoti ostendere et clavibus ecclesie se subicere et quamvis tunc non percipiat fructum absolutionis tunc recedente fictione propterea incipiet sicut etiam in aliis sacramentis et tamen non tenetur iterare confessionem

qui fictus accedit sed tenetur postmodum fictionem suam confiteri. Et Raymundus libro iii sic dicit quod si quis existens in proposito peccandi vel qui non proponit abstinere aperte confitetur et postmodum penitentiam veram reddeat necesse ut ait quedam glossa. si non confitetur eidem sacerdoti qui prius vel si sacerdos qui audit eum sit oblitus peccatorum illius si aut confitetur eidem et confessor non sit immemor illorum peccatorum non tenetur confiteri nisi fictionem suam. Et sic quamvis homo ex desperatione venie consequende non possit homo habere contritionem tamen confiteatur quia et si tunc non percipiat fructum absolutionis tamen incipiet deo inspirante habere contritionem habebit fructum tunc illius absolutionis. Et quamvis sic sit prius melius est quod homo non permittat se superari a tali desperatione ut melius et liberius agere possit id ad quod Christus tunc et nos invitat dicens Convertimini ad me etc. Et ut melius hanc desperationem removeamus a corde sex rationes ad hoc nos inducentes sub hac forma notabimus scilicet amovenda 3 ista desperatio ratione

Divine voluntatis salutem optantis	Dico primo quod amovenda est ista desperatio ratione divine voluntatis etc.
Divine aviditatis ad penitentiam invitantis	
Divine largitatis omnia peccata donantis	
Divine benignitatis dilatationem acceptantis	
Divine magnanimitatis penam indulgentis	
Divine copiositatis per passionem supplicantis	

nam deus tantam copiositatem habet quod sicut misericors non potest suam misericordiam continere propterea numquam continebit in ira sua misericordias suas. Ideo propheta dicit Syon dicit dereliquit me dominus et dominus oblitus est mei numquid oblivisci potest mulier infantem suum ut non misereatur filio uteri sui. Et si illa oblita fuerit ego non obliviscar tui ecce in manibus meis descripsi te. Ex hac itaque mea venie vult facere veniam excludit nullum refutat quia ex tali

voluntate vult omnes homines salvos fieri quamvis non
lint salvari et ideo ratione huius divine voluntatis non
est de ea misericordia desperandum
Dixi 2o quod non enim solum vult sed hortatur et invi-
tat et omnes vocat vel rogat et non quantum ad per
prophetas verum per angelos per preces per prophetas primo
ipsum per apostolos nos per doctores per omnes creaturas
Quia ut dicit augustinus omnia michi dicunt ut amem te
et tamen remisisti extendo manus meas largiendo
beneficia et esse et vivere ut intelligere et conservatione
et promissione vel provisione et redemptione et iu-
stificatione et alia innumera beneficia et non fuit qui aspi-
ceret despexistis omne consilium meum id est internas inspi-
rationes et ammonitiones et optimas cogitationes
quas orere faciebam in corde vestro et increpationes
meas neglexistis id est tribulationes et flagella quibus
tamquam bonus vos verberavi ut vitam vestram inde cor-
rigeretis Ecce quanta est bonitas ac dignitas in hiis verbis ostendit
quibus nos invitat Et ideo nec hac de ea desperandum est
Dixi 3o quod ipse enim largus est dominus ut non solum venialia
et venia petentibus vel et omnibus omnia peccata dimittit ideo dicit
beatus Ambrosius currimus post te bone ihesu audientes quod pec-
catores non spernis Non enim horruisti confitentem latro-
nem non lacrimantem peccatricem non sedentem ad theloneum
non deprehensam in adulterio non supplicantem publicanum
non negantem discipulum non persecutorem discipulorum non
ipsos crucifixores hec ille Nam primo dixit hodie
mecum eris in paradiso 2o dimissa sunt ei peccata multa
vade in pace te condempnabo 3o dixit nemo et tu dixit
nemo te dampnavit nisi ego te dampnabo 4o
descendit hic iustificatus in domum suam 5o dedit
claves regni celorum et 1o dicit vas electionis est michi iste
ut portet nomen meum coram gentibus et regibus dei
6 pro crucifixoribus dicit pater dimitte illis quia nesciunt
quid faciunt et ideo tanta largitate est in eo sperandum
Dixi 5o quod vnde et dicit Effrem in libro de //

pena michil enim est quod medicamento penitencie non cedat Re-
cedens quoque benignissimus deus ipse statim invenitur
abnegantibus se propterea quia enim homo contra recedat adeo
dicit esse assum et antequam effundat lacrimas effundit
super eum misericordias suas non tardat penitentem Audi-
re nec supplicat veniendi ad se tu enim spontanea desinit
tur tanto ipse primus semper vicit non querit tempus
acti temporis quantitatem sed requirit humilitatem Et
dyonisius in epistola ad demophilum vere benignus
et super optimus ihesus qui omnia ad se deduxit qui
et redeuntibus amabilem se exibet et eos qui ac-
cusantes in vanum substinet ipsosque defendit et
magis multa promittit nec de prioribus accusat sed
die festum agit et amicos convocat et optimos
angelos in letitia suscitat ratione quod huius be-
nignitatis in eo est sperandum
Dixi 6o quod admovenda est ista desperatio ratione
divine magnanimitatis pena et indulgentie
sicut ostendit in latrone cui non solum culpa sed
et pena qua merebatur dimisit vnde illo die
fuit in paradiso secundum creditur tamen quod deus cui di-
mittit penam quam contricio est sufficiens vnde ut dicit
petrus de tarentasio et beatus thomas potest con-
tritio ex parte caritatis que displicentia est in volun-
tate ut ex parte doloris sensibilis qui in sensitiva
vita excitatur ita intendi quod tota pena remitte-
retur ei quod contritus est Et ideo quia deus ex sua magna-
nimitate et culpa et pena dimittit taliter con-
trito in eo sperandum est :
Dixi 7o quod Cum scilicet peccavi petrus gaude turbatur
conscientia sed non perturbatur vulneris enim domini recorda-
bor Nempe vulneratus est propter iniquitates meas
attritus est propter scelera nostra Quid enim tam ad //

morte qd no x. morte salutis Cuiusque qo fuit incor
porat' xi passiom p fidem pmerita illius liberabit a
petis Et io no est desperandu s tu firma spe ad
xpm est confugiendu p confessione ad qua nos inui
tat d. Conuertimini ad me etc sed ad me quia adiu
tor vester su vn ps Adiutor in tribulationibus q
inuenerunt nos nimis 7 io dicebat ps dns m
adiutor et ego despiciam inimicos p debito
temptatores demones q me volut reducere
ad desperacione Sed conuertim ad me in toto corde ves
tro scilicet qn contepnendo

Contepnendo curiositate	pmu notat phor q xs
Declarando veritatem	no vult fatere in pria
Fugiendo aduersitatem	sua mirarta apud Ewa

gelii usque tua etc i nemo ppha usque i sicut 3
in repleti usque ad fine Et si sit fuerimus q
hic gram obtinebimus et in futo gloriam ad q etc

d' desperacione p'uetaz op
tata i bo pseuerandi etc q. inp

Conuertimini ad me Feria 3a 3 dominice p'

Scriptu est 3o regu 8o co si a petis suis
conuersi fuerit in afflictione exaudies
in celo eos 7 dimitte peta suorum tuorum 7 onde
eis via p qua ambulent s quia deus no ex
audit nec dimittit peta nec via remedii ad
tetu ondit n pecca hinc ad fonte gre pecca cum
petcada accedamus d. Ave maria Conuertimini
etc Quia heri declaratu est q desperacio obtine
di venia meritos retrahit ne conuertam hinc
hodie declarandu est q desperacio p9 venia op
tata in bono pseuerandi no nullos retrahit di
cut enim qdam probaui et expertus su q p9q con
fessus fui statim recidi in pristina peta nam ceni
es confessus su et ceuties recidi 7 su ita as
suetus in malo q no possu abstinere 7 eadeo

ad quid valet in confessio noli ultimus confi
teri 7 sic remanet nec convertit s anteq ultis
recedamus Querat hodie petores s p tale des
paratone homo debeat dimittere confessione
timendo lapsu que contiue po9 confessione ex
pertu est hoc p tanto dicimus q aliqui petores
qua primus q recidivato e maxim petm ut dt
petrus q melius erat eis veritate no agnos
tere q po9 agnitam retroire Et crisostomus dicit
verus experimenta docet qm si malus xpianus erit
sit peior sit q si fuisset gentilis na in reci
divacione ho frangit fidem et pactu factu i
prima deo suo ps Aucterent et no servauerunt
pactu in recidivacione ho suscepit in inimicu dm
su vn dicit ysa suxe me suscepisti adulteros
in recidivatione ho ostendit ingratitudine benefactori
suo ps Retribuebant michi mala pro bonis Jn re
cidivacione iterum xpus crucifigit hebre 6o rursu
crucifigentes xpm in membris suis in recidiva
ne ondit in una su qua incidit e maius
pobligatioz maior peri in recidivacione contristat
spus sus ephe 4o nolite contristare spm
sanctu qui in nobis est Et io cu tot mala se
quatur po9 lapsu volumus scire cu timeamus nos
posse pseuerare an debeamus dimittere confessione
et questione ne iterum cadamus an no ad qd
dico q cumus ex tali desperacoe timeamus lapsum
confiteri debemus et agere pniam Et pmo roe
diminucionis pene nam quamvis desperes q no posses
pseuerare post confessione in bono tamen pro p ali
quantu tpus pmanebis in bono quia no ita subi
to post pniam cades 7 p tanto tpe no augmentabis

pena infernalem in purgatorio que tibi pro peccato debetur
et sic minor erit. Unde 2 si deus tibi revelaret quod
dampnandus esses, 2 deberes bona agere et minorem
penam incurreres. 2o ratione obediencie non debes propter ta-
lem desperacionem desistere a confessione et penitentia.
Nam ecclesia precipit cuilibet christiano quod penitentiam agat et
confiteatur. Unde quamvis homo timeat post confessionem cadere
in peccata, ne incurrat reatum omissionis et inobedien-
cie atque ex ingratitudine omnium bonorum ecclesie debet non
obstante hoc confiteri et agere penitentiam. 3o ratione incer-
titudinis, nam quamvis sic desperet, non tamen certus est, plus
est quod post penitentiam perseverabit quam quod cadet, quia multi
iam probabant ita perseverare qui ceciderunt, et multi
ita timebant non posse perseverare qui perseveraverunt,
et ideo quia nescit pro incerto non est desperandum, sed post
assumptam penitentiam petendum est: Et ne nos inducas in
temptationem, sed libera nos a malo. Est ergo abicienda ta-
lis desperatio, ut ab ea tamquam a laqueo liberati agere
pro gratia impetranda / ave etc Convertimini etc
hodie xpistus yhesus inveniens peccatores confabulantes
adinvicem de beneficio gubnationis et quod deus
sit mirabilis in sua gubnatione narrat eis ut
amplius inducet eos ad quesitum beneficium justifica
tionis Et ut peccatores intelligant / querunt si opus
justificationis sit maximum opus dei ad quod dicit
beatus Thomas prima 2e q. 113 ar. 8o primo decla
rando que requiruntur ad justificationem dicit quod in
justificatione est primo gratie infusio que gratione
vel consideratione sequitur bernardus Affert
peccatoris quamvis metum deinde supplicio et spe
spem venie et complacentia 2m est motus liberi
arbitrii in deum quo meditatur deum esse creatore
dicens ipse fecit nos et non ipsi nos Redemptore
lavit nos a peccatis nostris in sanguine
suo Glorificatore unde ps clamat deus tu es
qui restitues hereditatem meam mihi / 3m est motus
liberi ad detestandum peccatum tamquam quod abominabile et
privativum summi boni et super hec omnia tamquam offensivum

illius que sequitur omnia a nobis debet amari

R Nunc primo est gratie remittentis culpam infusio et sic
anima justificatur ad questionem Respondet augustinus quod duobus modis opus
aliquod potest dici magnum Primo uno modo ex parte modi agendi
et sic est maximum opus creacionis in quo ex nichilo
fit aliquid Alio modo per magnitudinem eius quod fit / et secundum
hoc est maius opus justificacio impii que terminatur ad bonum
eternum divine participacionis quam creacio celi et terre que terminatur
ad bonum nature ~~quam celum et terram creare~~ / vnde dicit augustinus
maius est de impio pium facere quam celum et terram creare
Celum enim et terra transibunt predestinatorum autem
salus et justificacio permanebit Ad hoc sciendum
est quod aliquid dicitur magnum uno modo secundum quantitatem
absolutam et hoc modo donum glorie est maius quam donum
gratie justificantis impium Et secundum hoc justificacio justorum
est maius et maior quam justificacio impii Alio modo
dicitur aliquid magnum quantitate proporcionis sicut dicitur
mons parvus et milium magnum / et hoc modo donum
gratie justificantis impium est maius quam donum glorie beati-
ficantis justum / quia plus excedit donum gratie dignitatem
impii qui erat dignus pena / quam donum glorie dignitatem
justi qui ex hoc ipso quod est justificatus est dignus gloria Ideo
dicit augustinus judicet qui potest utrum maius sit justos
angelos creare quam impios justificare Certe si equalis
sit potentie secundum hoc maioris est misericordie Et ideo dicit xpistus
pro tanti beneficii caritatis id est ad quod vos invito dicens
Convertimini ad me in toto corde vestro Set ut animum
inclinemus per tale beneficium sex in ista justificacione
consideranda sunt videlicet

Electio singularis	Dico ergo primo quod primum quod debet
Excitacio divinalis	gravari in ista justificacione
Convenientia spiritualis	est electio dei singularis
Gratia meritorum	vnde dicit hugo de sancto victore
Spes celestium bonorum	O anima mea cogita si
Leticia beatorum	cogitare potes quot et

quales in tua operacione abiecti sint quibus hoc quod tibi
data est gratiam consequi non potuerunt Nam multi

principes ut pharao multi divites ut sepultus in
inferno multi sapientes ut philosophi pagani non potuerunt
habere talem gratiam Et subdit hugo Elegit ergo te pre
electis sponsus tuus Elegit te in omnibus vocabilibus Sic
quia angelis peccantibus non pepercit Assumpsit te
ex omnibus mortalibus ex paganis et judeis et in-
fidelibus omnibus quia te voluit esse xpistianum Amavit quam
omnibus xpistianis peccatoribus quia illos vacuos gratie
dimisit te autem ea donavit vnde hec grans beneficia
dicit Sic onerat me deus misericordiis suis gelu-
dit sic obruit beneficiis ut omnis aliud non sciam
et licet dignas non sufficientia grates reddere tibi
ingratitudinem cum ipsa dixit anima mea que vias obstruit
gratie salutis inimica Et sic patet quod magnum
beneficium sit hoc per ista singularem electionem
Dico 2o quod in ista justificacione apparet excitacio 2o
divinalis erga salutem anime dei quam vult jus-
tificare vnde dicit hugo Sic certe video an-
enus miseraciones erga me attendo / quod si fas est dicere
nichil aliud agat deus nisi ut mee saluti
provideat / et ita totum ad meam custodiam video
occupatum / quasi omnium sit oblitus / et mihi soli vacare
velit semper presentem se exibet / semper paratum se offert
Quocumque me vertero non me deserit ubicumque fuero
non recedit Quidquid egero presens manet assistit Cum
errabam reduxit me Cum ignorabam docuit
me Quando cecidi erexit me Quando steti
tenuit me Cum ivi deduxit me Quando veni
suscepit me / et hoc ut salvum me faceret
Ecce ergo excitacio quam habet deus in justificacionem
peccatoris // Dixi 3o quod in ista justificacione est 3o
convenientia spiritualis vnde bernardus loquens de justifica-
cione dicit / quod anime justificate dat deus gratiam
convincendi et emendatam vincendi / prestat virtus

contra carnis hostem domesticum contra prius hoc sectum
neque contra malum uniuerse trinc dyaboli Ita clamat
Caro clamat mundus clamat dyabolus clamat
xpus / Clamat caro ego perficio / clamat mundus
ego deficio clamat dyabolus ego decipio / clamat
xpus ego reficio / quem sequeris Et idem videt
d s inscript caro si sequat mundus / si ferat ma
ligno inite si ego ffabo Et quare dicit hoc quod
in iustificacione dat ei graciam contra medicina culpa
4o Dico quarto quod in ista iustificacione dat deus anime
graciam promerendi que consistit ut dicit b in odio pctorum
malorum contemptu presentium bonorum et in desiderio
eternorum / pro hac triplici gracia dicat anima quod ptis malis
c ps dum defecit in dolore vita mea Et xiij in
gemitibus Et illud recogitabo tibi omnes annos
meos in amaritudine anime mee quod contemptu presentium bonorum
dicit cum b mundum xpum mundus sequar / qui cum
apostolo Omnia arbitratus sum ut stercora ut xpum
lucrifaciam habitacionem alta et quibus tegam
huius contentus simus / pro desiderio eternorum dicit cum
ps Quid enim michi est in celo et a te quid volui sed
defecit caro mea et cor meum deus cordis mei
et pars mea deus in eternum Et sic ista gracia promerendi
habet istos effectus ut hoc dat in iustificacione
5o Dixi quinto quod in ista iustificacione dat spes celestium
bonorum Ita hoc ut dicit b tria habet caritate
adopcionis veritatem promissionis potestate re
dicionis Nam in caritate sua eterna nos dilexit
vnde dicit augustinus dilexisti me plus te / quod pro me
mori voluisti / Verax est in promissione ps fidelis
dominus in omnibus verbis suis et sanctus in omnibus operibus suis
Non enim est deus ut homo aut filius hominis ut mentiatur
potestate habet reddicionis / quia omnia quecumque voluit
fecit in celo et in terra et in mari et in omnibus abissis
Non enim est impossibile apud deum omne verbum Et idem
ait scriptura Si decreueris nos saluare continuo
saluabimur et inde dat talis spes in ista iustificacione

Dico sexto quod in ista iustificacione concurrit leticia 6
tunctorum beatorum Ita gaudet pater quod talis gratie filium
recepit quod sola hereditate fruatur Gaudet filius dei
quia videt fructum sue passionis Gaudet spiritus
sanctus / quia recuperat tabernaculum suum et talamum
Gaudet angeli quia videt se impleri pro hoc id quod
affectabat sive ruyna sua Gaudent alii beati quia ma
ius gaudium cumulatur cum ex augmentacione beatorum
augetur gaudium singulorum Et ideo dicit xpus
hiis gratis quod in iustificacione gaudet debitis pro maxime
commoneri ad agendum id ad quod vos inuito d
Conuertimini ad me in toto corde vestro
Agnum vinitando ... a prime ... usque ...
mala complicare et cupido ... ibi ... usque ...
De deo conformando ... ibi tamen usque ad finem

Feria quarta in iunius / Conuertimini etc. Quod debet recompelare beneficium incarnacionis xpi

Scriptum est mathei veniite ad me omnes
qui laboratis et onerati estis et ego reficiam vos
quia dicit laboratis Nota quod quedam labor est sine
vtilitate ut opus factum ex caritate quedam cum
vtilitate ut opus factum in caritate pro istud opus
homo a deo in paradiso reficit ut quod caritate habemus
... non potest habere et sic refici a deo in ...
ad fontem gratie pro gracia impetranda accedamus dicens
Conuertimini etc hodie xpus ut inuenit peccatores
mencionem facientes de eterno bono sive de iustificacione
tamen ut amplius eos accedat ad istam conuersionem
peragendam offert eis beneficium sue incarnacionis
meditandum Aliquando tamen peccatores querunt ut me
lius de hoc beneficio informent Utrum si homo non
peccasset filius dei fuisset incarnatus Et inde
quod non pro hominem liberandum sed pro eius vtilitate
quia ex ista incarnacione ex consecutus est homo
De cuius declaracione nota quod filius dei incarnatus
est in remedium peccati Nam ut dicit augustinus de

vbis dni exponens illud qd het luc. 19. venit
filius hois querere etc. Si ho no peccasset filius
hois no venisset s. p. hoiem reparandum et p. thimo
pma sup illud xpus venit i hunc mundum peccatores
saluos facere Et dicit glo nulla causa fuit veni
endi xpo dno nisi peccatores saluos facere / toll
morbos tolle vulnera / et nulla causa medicine
Ex quo apparet q filius hois no venisset p
reparandum hoiem si ipse no peccasset Et sic
debet intelligi iste due auctes Sed quia
peccauit venit i remedium pncipalit pcti
quia nullus nisi ipe sufficiens erat ad satisfaciend
p pcto hois Nam ut dicit btus thomas 3a p. q.
1 a 2o ar o 2o Satisfactio pt dici suffi
ciens dupl vno mo pfect quia e condigna per
quedam adequationem ad recompensationem culpe
commisse et sic hois puri satisfactio sufficiens esse
no potuit p pcto Tum quia tota humana na
erat corrupta p pctm / nec bonum alicuius p' ut
erat ec poterat plurimum p equipantia totius
nature defectum recompensare Tum etiam q pctum
contra deum commissum quandam infinitatem ht ex
infinitate diuine maiestatis Tanto enim offensa fit
grauior quanto maior e i quem delinquitur vn
oportuit ad dignam satisfactionem ut actio satisfacientis
haberet efficaciam infinitam ut puta di et hois ex
istens Alio mo pt dici satisfactio sufficiens i
pfecte s. scdm acceptationem eius q e ea contentus quis
no sit condigna Et hoc mo satisfactio puri hois
est sufficiens Et quia omne imperfectum psupponit
aliqd pfectum a quo sustentetur inde e q ois puri
hois satisfactio ht efficaciam a satisfactione
Concludimus itaque q p hoiem reparandum oportuit
dei filium carnem assumere p q tamen no assump
sisset si ho no peccasset Sed assumpsisset

p utilitatem quam inde et consecutus e ho s. na
ex hoc incarnatus fuisset sicut incarnatus e nunc
ut ho plena pticipationem diuinitatis haberet sicut et
hr q hois e btitudo et humane vite finis Et
collatum est nob p xpi humanitatem dicit enim augus
in quodam sermone de natiuitate factus e deus ho
ut ho fieret deus Ideo leo papa ait Agnosce o
xpiane dignitatem tuam et diuine consors factus nature
noli i veterem dignitatem degeneri conuersatione redire
Etiam incarnatus fuisset si ho no peccasset ut
ostenderet sicut ostendit infinitum effectum sue pote
ntia ad oipotentiam diuine virtutis ptinet ut opa
sua pficiat et se manifestet p aliquem infinitum
effectum Sed nulla pura creatura pot dici infinitus
cu sit finita p suam essentiam In solo aut ope incar
nationis vr precipue manifestari infinitus effectus
diuine potentie / p hoc infinitum distantia coniungitur
magnum factum e q ho esset deus incarnasset
insup ut daret spem q dedit hoi p ipsam incarna
tionem qua sperat posse coniungi cum deo p gloriam
finalit pp q videt hoiem unitum no solum p gloriam
deo / s per unionem ypostaticam Et io respondeo
ad id qd querebatis utrum si ho no peccasset filius
dei incarnatus fuisset dico q sic Ipsis de causis Tertio
ait xpus ex gratiam huius beneficij attendamus
ad afferendum id ad qd nos inuito dicens Conuertimini
ad me i toto corde vro qd ut liberius agatis
Sex que vobis ex isto bnficio puenerunt conside
randa sunt Et primo vz

Cognitio laudabilis
Ostensio exemplaris
Commutatio mirabilis
humilitas confidens superbiam
Infirmitas adiuncta potentiam
Remedium auferens iniustiam

Dico primo q i isto
bnficio considerada
est quedam cognitio lau
dabilis qua inde
secuti sumus vn dicit
augus in tra nra

fuit ad erigendam spem nostram / q ut demos-
traret nobis quantum diligeret nos deus evidenti-
ori huius rei iudicio manifestius / q ut dei filius
nature nostre dignitatem pure conservavit carne enim
mentior e ta adiuctus dm nisi ut ostenderet dei
dilectionem suam in nobis Et io dum hac graua confi-
dentia fide attrahimur accedemus ad eum / ut
nobis misereatur indulgeat ut nobis in necessitatibus
subveniat sicut solet amicus q ab altero
diligitur confidit ad eum recurrere in suis necessitatibus
Ideo dicit b Non me iam spernet caro de
carne mea et os de ossibus meis
2o Dico 2o q in isto bnficio habetur ordo exemplaris / ad quod nota
q in hiis que naturalia sunt / non oportet habere
aliquid directivum quia ut plurimum agit quod agere
debet Sz in hiis q sunt ex arte / oz quod habeat aliquid
directivum ut patet in secando lignum ut in scriptore
procedat recte / fit quedam linea cum colore rubeo
etc et in operationibus voluntariis quia contingit in
hiis multipliciter ~~errant~~ errare ideo necesse est
ut habeat aliquid directivum Sz quia nullus purus
homo poterat esse ille ideo incarnatus est deus
ut homines per virtutes exemplo suo dirigeret
ad celum vnde augustinus in quodam sermone de nativitate
dicit homo sequendus non erat qui videri poterat
et deus sequendus erat sed videri non poterat
ut ergo exiberetur homini et q ab homine videretur
et que homo sequeretur deus factus est homo dicens
Exemplum enim dedi vobis ut quemadmodum ego feci
ita et vos faciatis quia qui sequitur me / non
ambulat in tenebris sed habebit lumen vite / Ecce
ergo ordo exemplaris
3o Dico 3o q in ista incarnatione apparet commutatio
mirabilis quia ut dicit augustinus in isto seculo
malignissimo quod habundat / in nasci laborare et
mori hec sunt enim mercimonia regionis me

et ad tales merces mercator ille descendit
et quia omnis mercator dat et accipit dat
quod habet / et recipit quod non habet / xpus ergo in ista mercatu-
ra dedit et accepit Accepit quod hic habundat
in nasci laborare et mori dedit renasci re-
surgere et eternum regnare venit ad nos celestis ne-
gociator accipe contumelia et honorem dare ho-
norem / subire morte et dare vita / hau-
rire ignominiam et dare gloriam et ecce commu-
tacio mirabilis per istam incarnationem habita et ostensa
4o Dixi quarto q in isto bnficio adest humilitas
confundens superbiam vnde dicit glosa studebat
aut omnes superbi de ade stirpe progeniti prospera
presentis vite appetere / adversa declinare obprobria
fugere gloriam querere / venit aut inter eos incar-
natus dominus adversa appetens / prospera spernens
obprobria amplectens gloriam fugiens Et ide
ciet Expectatus venit / veniens nova docuit
docens mira exercuit / miram faciens prava
tolleravit Et io clamat ad eum augustinus ergo
superbis terra et cinis / caput tuum humile / et tu
superbi Et ecce humilitas confundens superbiam
5o Dixi quinto q in isto bnficio ostenditur infirmitas
adiuta per potentiam vnde dicit b 3a in ista misera-
bili laboramus via et faciles sumus ad descen-
dendum / debiles ad operandum fragiles ad re-
sistendum Sed si discernere volumus inter bonum
et malum decipimur / si temptamus facere bonum
deficimus si conamur resistere malo superamur
Necessarius proinde fuit nobis Salvatoris ad-
ventus / ut in nobis per fidem habitans illuminet ce-
citatem nostram et nobiscum manens adiuvet
infirmitatem nostram et pro nobis stans fragi-
litatem nostram protegat et propugnat Et
ecce infirmitas

6°

Dixi sexto quod in isto beneficio prestitit remedium auferens iniusticiam in peccatum nostrum per Christi satisfactionem unde dicit augustinus de trinitate 13 fieri debuit sic ut dyabolus iusticia hominis ihesu christi vinceretur eciam solum sic christo satisfaciente unde et leo papa ait in sermone de nativitate suscipitur a virtute infirmitas ut quod nostris remediis conveniebat unus atque idem dei et hominis mediator et mori ex uno et resurgere posset ex altero / nisi esset verus deus non afferret remedium Et ideo istis de causis clamat christus per tale beneficium in quo tot et talia percepistis moneamini ad cito procedendum id ad quod vos invito dicens Convertimini ad me

Sed in toto corde vestro

Precium vestrum contemplando	Nota in duobus
medicinam affectando	sermonibus de eodem
Sanguinem christi meditando	eodem die illud

quod est ad penitentiam Et si sic fueritis quod sic hic habebitis graciam et ibi gloriam ad quam etc.

Amen

Declina a malo et fac bonum

eciam vidimus supra de anima nubilata Nunc videndum est de 3° de anima pervertata Nichil enim est adeo quod faciat animam perversam inmundam obnubilacio cordis Unde est quod magis sunt crudeliores et perversi quam sunt homines qui caret corde Racio enim est quia sunt hominem amatorem et magis domesticum. Unde si careret corde fieret magis perversus ut videre potes in feris quod sunt furiosi ac crudeles et obnubilati et habent animam perversatam Circa quod videamus propter remedia contra illas. 7 sunt magis perversitates

C. 1a quia anima obmisso deo totam suam spem ponit in mundo

C. 2a quia anima ^omisso deo amicitur^ obmissa iusticia rapit aliena

C. 3a quia anima ^omisso deo amicitur^ obmissa pietate inmisericorditer subiectos premit

C. 4a quia homo ^omisso deo amicitur^ obmissa veritate querit laudes mundi

C. 5a quia homo ^omisso deo amicitur^ obmissa gratitudine ultimo quandoque pro beneficio

C. 6a quia homo obmisso dei precepto non vult iniurias dimittere ^parcit^

C. 7a quia homo obmissa voce omnia bona que facit sibi ascribit ^non deo^

quod homo oblitus dei totam suam spem ponit in mundo sicut aliqui quibus dicitur Ergo quod sit deus

nescio nec alia vita scio quod sit hic nescio quod sit alibi de quibus propheta ait Dixit insipiens in corde suo non est deus Contra me capitose nonne scis quod ad conservationem universi oportet esse conservatorem / sicut in creatione primum motorem / qui si suam influenciam abstraheret a creaturis tota deperiret machina re creature quomodo esset possibile dicere esse creaturam sine creatore / est quo deus et infinitus est Quid ergo de miseris creatura post oblivisci creatoris sui de quibus dicit propheta ait Oblivioni datus sum tamquam mortuus a corde. 2° sapiencia corum devorata est Hec autem causa oblivionis et incredulitatis quia non credit deum esse / facit hominem solum in mundo spem ponere in quo conversatur et in illo solo delectatur et quia mundus falsus nichil aliud est quam totus corruptus plenus

ideo pactu fecit cu carne sibi blandiri et complacere sibi in
sibus delectacionibus suis et sic exalsit eciam de petro in
petrum viii cap 2o Dixerunt impii apud semetipsos non
recte cogitantes exiguum et cum tedio est tempus vite nostre
ex nichilo nati sumus quasi non fuerimus quia ex fumo
corpore spiritus effundetur mollis aer, non est reversio finis nostri
Venite ergo et fruamur bonis et utamur creatura in iuven
tute celeriter Non pretereat nos flos temporis nostri Coronemus nos
antequam marcescat ubi relinquamus signa leticie nostre quoniam
hec est pars nostra et sors nostra Opprimamus pauperem et iustum et
non parcamus vidue Ecce quot mala sequuntur ex hac sententia quod
homo non solum ponit in mundo ut videtur hic cum dicit se
ex nichilo natos etc. ¶ 2us error cum dicit et post erimus
quasi non fuerimus Ecce error illorum hereticorum qui negant
resurrectionem mortuorum quod est contra catholicam fidem ubi dicitur
in symbolo, carnis resurrectionem de quo ait apostolus Oportet
corruptibile hoc induere incorrupcionem etc. ¶ 3us error est
cum dicit extincto corpore spiritus effundetur tamquam mollis aer, quia
anima est non est aer sed est quedam precogitata intelligencia pro
angelica natura que beneficiatur in gloria et infelicitatur in inferno
ex sola sui intelligencia que facit illam passibilem supplicii et per
ceptibilem glorie Et ex hiis sequitur alius error cum se invicem dat
et dicit Venite ergo et fruamur bonis, sicut de populo iudaico
Exodi 32 de quo dicitur, sedit populus manducare et bibere et surrex
erunt ludere Et nota perversitas ponit etiam in indignacionem dei
quia sicut unus princeps qui fecisset uni servo multa bona
si cognosceret illum ingratum poneret maiorem spem in alio ubi im
nimo et minoris sufficiencie quod ipse tanto magis indignaretur
quanto maiora beneficia illi contulisset, sic deus videt hominem
qui tot et tanta beneficia habet ab ipso deo magis offendere

in mundo quod in se videre indignatur michi licet adeo et ideo relinquitur
Valo te docere quomodo potes cognoscere quod iste mundus non debet ama
ri quia perit, sed debet propter creatorem suum amari quia non
potes ponere consideracionem in tam parva creatura quod in ratio bene co
gitando non venias in cognicionem potencie divine, quia dato quod
cognoscas unam cuiusta minuta et instinctus naturales quibus in
actibus suis videtur mirabiliter moveri et subito venies ex
inquisitione eius a qua illa creatura facta est et cognoscendo
illum auctorem in tam vili creatura et minima mirabiliter operatum
venies in cognicionem creaturarum gradatim elevando intellectum
tuum de minori ad maius et sic procedendo ad cognicionem
racionalis cognosces unam in te mirabiliter facta et ubi sic melius
contemplando creatorem suum et spreto mundo ad altiora sublevaris
¶ 2a perversitas iusticia obmissa propter rapinam aliena, et hec
perversio est quasi ubique quia quasi omnis cuiuscumque status
vivat et perversat Unde ysa. p° ostendens diligunt munera Videns
enim in omni statu ecclesiastico sive seculari ista cupiditate alie
ni quia in tyrannis est illa perversitas mala exaccionum et
spoliacionum subditorum et civium quod est valde odiosum deo sicut
ysaias. dicit 3. Populum meum spoliaverunt exaccione Sed hic
dicet aliquis nonne licet principibus a subditis suis pecunias
suas exigere pro sublevacione sua, hic respondetur quod sicut parochiani
qui sunt sub una parochia tenentur sacerdoti et presbitero suo qui
illis spiritualia ministrat nutrire et sublevare in necessitatibus,
sicut et subditi unius principis tenentur illum manutenere
honorifice et alere et sublevare in necessitatibus suis quod
tamen necessitas intellige ubi necessitas sit racionalis Sed ubi
non sit racionabilis causa, sicut puta in exemplo supposito de
sacerdote tenentur parochiani nutrire si non habet sufficiens

beneficium quod sit secundum exigentiam status sui itaque valeat tenere non superfluum nec extra ordinarium vestitum sufficientem et honestum. Ergo si vellet tenere unam meretricem et diceret quod esset sibi necessaria non debet aliquid dari, quia illa non honesta necessitas est nec tolerabilis. Ita subditi tenentur subvenire domino in urgentibus casibus, puta si moveretur sibi guerra ab aliquo qui illi vellet subripere sua iniuste, debent tunc subditi dominum suum iuvare et subvenire illi si non habet de proprio unde possit res suas tueri rationabiliter. Ergo si princeps bellare ex cupiditate rapiendi aliena et faciendo illicite guerram aliis ut sua illi violenter extorqueat, dico quod non potest aliquid cum ratione a subditis exigere quia illa est manifesta rapina et latrocinium et mille peccata mortalia committit quia iniuste rapit aliena. Item iniuste pauperes expoliat movendo illicitas guerras et de tot animabus tenetur in iudicio reddere rationem quot causa sua perierunt in bello et tales principes sunt qui precipitati sunt in aliena petendo contra quos ait dominus per prophetam: Vos enim depasti estis vineam et rapina pauperum in domo vestra. De principibus ecclesiasticis dico nisi quod omnia spiritualia iam venalia sunt appetitu voracitatis et avaritie. Unde Ieremias: A propheta usque ad sacerdotem faciunt dolum. Videmus enim beneficia auferre vi et dare alteri et multotiens unum et idem beneficium pluribus simul dari qui sciunt manus esse graves porrigere et qui plus dat ille recipit nec aliud constituit. In sacerdotibus minoribus videmus multas dici in die propter avaritiam et eos parisi de pecuniis pro divinis officiis simonias facere. Considera in statu mercatorum falsitatem in stateris ponderibus et mensuris et qualitate rerum et per conatur alienum rapere ponderando rem plus quam valeat et dando minus ad pondus et mensuram et falsificando mercantias et sic breviter usque ad statum pauperum qui semper aliena rapiunt. O fili vetula status tui considera

quod si tue venire cadit ... quod non habes illud et cito abscondas et reponas et si illud fortassis a te repetat mulier iurabis quod illud non videris vel si gallina vicini tui transeat sepe orti tui tu nescias illam rapere et vendis clam vel fortassis illam comedis. Certe anima precipitata in cupiendo aliena magne enim mirabile est quod anima potest venire in talem cupiditatem cum ipse creator conditor omnia fecerit sua et omnia subiecerit sub pedibus suis scilicet anime rationali quod in sua dignitate perstat quia ut ait psalmista: Omnia subiecisti sub pedibus eius et ymmo plus ipse deus dedit talem facultatem anime ut ipsa posset deum possidere et ipso frui et habere ipsum ita quod non expedit quicquam rapere cum omnia sunt sua ideo magnum miraculum est quomodo anima ita precipitatur in cupiditate alieni. Ideo dominus ait per prophetam Ieremiam: Babilo dilecta mea posita est michi in miraculum. Figura Danielis 2°. De statua regis et Nabuchodonosor quod habebat caput aureum significat potentes principes qui rapiunt in grosso et rapiunt aurum et argentea brachia sunt milites alios minores qui non possunt tantum rapere et rapiunt argentum. Venter eneus notat mercatores qui rapiunt es. Pedes ferrei notant istos inferiores artifices qui non possunt tantum rapere sicut supradicti rapiunt ferrum quod est dicere quod quilibet status rapit quantum potest licet plus minus alio suo quod non valet sed quia non potest. Ergo vide quid subditur quod dicit unum lapidem percussisse statuam et reduxisse illam in favillam quasi extinctam quod est dicere quod venit ira et iudicium et percutit aurum et cupidum cuiuslibet status et reducit in nichilum cum sua cupiditate. ¶ Tertia puerilitas est quod homo obmissa pietate michi subvenit primo. O tu smaragde adolescens qui portas tot frappas papolas in capucio et destruas pannum et denarium inutiliter expendendo. Et tu infatuata mulier que trahis post te magnam caudam panni et pannum frangis inutiliter

infernus te expectat et diabolus ponet tingue in illis fim
briis habebit bona persona qui recipiet te per caudam et trahet
ad casam caldam et pro tu simeus qui diabolus ponet in illis
fimbriis leve te afferet ut non fugies ab eo ubi pietas
in pauperibus. qui potestis de superfluis facere vestes inter pauperes
pro refocillare qui fame et frigore pereunt et vos bene in-
duti et pari in vanitate vestra deluditis eos qui pro media et
famis necessitate petunt elemosinas vobis gravamine dare et
expendere unum denarium in impium opus et non curatis expon-
ere multos aureos in caudis vestibus ad nutriendum luctum. Cape unum
exemplum si esset dominus magnus qui faceret te suum expenditorem
et tibi daret multas pecunias ad nutriendum filios et familia-
s sua ut vestires eos ac pasceres et tu exponis denarios in
pulcris vestibus et tu vadis per plateam dureadorandam et dimittas
filios et familiam sua nudos et mori fame quid diceret dominus
cum hoc sciret. Nunc igitur in proposito non dedit nobis dominus opes
pecuniarum ut illas abiciatis aut abutimini sed ut pauperum subveniatis
propter eam proprie subvenietur. Unde Jo. 1 Can. 3 Qui habuerit
substantiam huius mundi et viderit proximum suum necessitatem habere etc.
Impossibile enim est quod ille qui in hoc mundo nunquam pietatem
habet ad proximum nunquam mereatur misericordiam dei sed ut impius
cum impio dampnatur. Sicut Luc. 16 de divite epulone epulante
cotidie splendide qui abutebatur opibus suis et vestibus
de purpura et bisso nec movebatur aliqua pietate erga
lazarum mendicum et ulceratum, et ideo mortuus est dives et
sepultus in inferno. ¶ Quarta puerilitas est quod homo
obmissa veritate laudes mundi querit. O decepta creatura
parum advertis qui vadis querendo laudes humanas quia
nunquam potest creature appetere laus neque creatura est digna

laude quod probatur ratione quia aut creatura facit bonum aut
malum, si facit opus virtuosum ex hoc non est illi laus attri-
buenda absolute sed debet illi attribui qui creavit illum
aptum virtuti et a quo ut ait Jacobus Omne datum optimum
et omne donum perfectum etc. Et creatura non debet velle laudari
ex bono opere quod faciat sed debet laudare et velle laudari
creatorem suum a quo habet omnem virtutem et omnem faculta-
tem bene operandi. Unde ait apostolus Non sumus sufficientes cogita-
re a nobis aliquid etc. Et nota quod non dicit facere sed cogitare
ita quod creatura ex suo benefacere non potest sibi laudes vendicare
quia soli deo competunt de omnibus suis. Unde apostolus Regi autem seculorum etc.
soli deo honor etc. Et quatuor seniores adorabant viventem
in secula seculorum mittentes coronas suas ante thronum et
dicentes dignus es domine accipere gloriam et honorem quia creasti
omnia. Si vero creatura facit opus viciosum planum est quod non
est laudanda sed vituperanda. Ex quo patet creaturam non
posse cum ratione appetere laudes mundi. Sed dices ad quid volo ergo
bonum operari et virtutes si non debeo ex hoc laudari. Respondeo
quod debes operari virtuose primo ut recipias premium a deo non ab
hominibus ~~ut dominus Mt. 6 ait Amen dico vobis receperunt mercedem suam~~
de bonis operibus tuis quia si feceris bonum propter homines et non
propter deum tu recipies premium in hoc mundo ut dominus Mt. 6 ait
Amen dico vobis receperunt mercedem suam. Ita quod expectas mercedem
a deo non ab hominibus. Secundo debes bene operari ad edificationem
proximi ut ipse videndo te virtuose agere anhelet ad virtutes.
Tertio ut ex bonis operibus deus laudetur et glorificetur qui est crea-
tor tuus. Unde dominus in evangelio Sic luceat lux vestra coram hominibus
ergo non appetes laudes mundi. O principes et magnates

mundi qui semper cupidi applausores qui voce et fama et
falsis laudibus supplantat bonum mercatum de femellis hodie
quod valde studet homines cum mendaciis suis applaudere mulieribus
ut ab eis abstrahat ut aut circa hujusmodi temporibus quod maxime
cavendum est ne adulationibus pateficiamus aures ne adu-
lari sinamus quod facile Et o simplex adolescentula cave
tibi ab istis mundanis laudibus quia vides te gulosus juvenis
et cupiens te vituperare incipit te laudare quod sis pulcrior ado-
lescentula totius civitatis et magis honesta et graciosa et
quod mores tui illum inamoraverint et cum istis laudibus seducet
te et faciet te meretricem Et tu infortunate juvenis cave
tibi a laudibus fex falsarum meretricum et lenonum quod laudabit
te quod sis pulcher et agilis et multa alia mendacia dicet ut
seducat te et habeat copiam de factis tuis et ut possit portes
ad eius Prov. 5 Ne intenderis fallacie mulieris / favus
enim distillans labia meretricis novissima autem illius amara
sicut absinthium Et de dico de viris qui volunt seducere mulieres
cum laudibus et adulationibus suis quia finis est malus Sicut
Judith 11 c. quod adulabatur Holoferni falsis laudibus et tollens
illum et dicens Nunciatur enim industria animi tui universis gentibus
et indicatum est omni populo quod tu bonus et potens es in omni
regno eius et disciplina tua omnibus provinciis predicatur et postmodum
quod sic laudat Holofernem nocte sequenti eum interfecit Et quod est
dicendum quod laudes mundi qui dantur in die i. qui vivit in prospera
morte i. in morte illum spiritualiter interficit quod moritur in
gloria mundana laudibus ¶ Quinta perversitas est quod homo
obnuptus ingratitudine nullum quomodo vult pro deo pati Heu
quanta est ingratitudo falsorum christianorum qui non advertunt

quanta Christus passus sit pro nobis unde Petrus Christus passus est pro
nobis etc. Nonne ipse factus est deus propter nos obediens usque ad
mortem Nonne de datore creatura in similitudinem factus hominum
et habitu inventus ut homo Nonne de impassibili passibilis. Nonne
de laudato et glorificato in eterna patria ab intelligentiis celestibus
incessanter blasphematus et delusus in fortitudine imperii totius
mundi Nonne ipse passus est animi et corporis immensis laboribus et
doloribus ferens pro nostris peccatibus famem sitim estus frigus
peregrinationem [illegible] infamiam vulnera sputa contumelias
et finaliter mortem crucis contumeliosam Et crudelis ac ingratus
christianus non vult aliquomodo tangere digito Nonne quando vadis ad
missas quod stas nimis pedes dolent tibi quam cura Nonne ire
ad predicationes quando pluit unde quia non vis balneare ca-
ligas sotulares festivas Nonne ieiunares unde quia habes famem
in sero ita quod multum aliquomodo vis penitere Et si amica tua
diceret tibi hora in nocte nonne ires ad eam et non teneret
te si pluit stares ad discopertum in [illegible] usque ad horam
qua appropinquaret te ad fenestram ad spiculum tractandi colloquium
tibi Et tu mulier quando non vis ire ad predicationem quod sol cale-
facit nimis et denigrat tibi pellem et times algorem propter
longum iter si fieret corea usque ad latus civitatis tu curreres
sicut una fatua et quando ibi esses saltares sicut una capra
et non diceres te fessam nec timeres algorem pro talem laborem
Ergo [illegible] considera prius tuum redemptorem cum quanto
labore et quomodo tractatus fuit super illo aspero ligno nudus
in sole positus angustiis afflictus et doloribus tuis Et si hoc fere
vis non tedebit te aliquomodo forte pro amore Christi / Sed dicit
aliquis quare delectatur Christus in aliquomodis carnibus in
maxime cum hec non [illegible] ei / Respondetur non delectat Christus
in aliquomodo creature propter se sed propter creaturam suam ut non
quereret penam ipse enim delectat quod creatura daret

[illegible]

sibi bonum temporis sed quia videt quod delicie corporis mundi sunt que
precipitant homines in peccata et quomodo preservet homines a peccatis
ideo tormenta ista querit in carne ut sic castigati a viciis
abstinencie et macerani professione qua promisit Multe
enim delicie sunt que trahunt homines ad infernum unde per sua inpinguatus
inpinguatus delatatus recalcitravit et prov. 33. Multam
enim maliciam docuit ociositas / Figura de salamone qui licet suo
tempore prefuerit ostendens sapienciam eam ut cognosceret ~~delicias~~ mun-
di ~~vanum~~ vanitate et delicias michilominus quia in deliciis
erat sine aliquo tormento prevaricatus est cum mulieribus et
relicto deo suo sacrificavit ydolis et diis alienis sicut scribitur
3 Reg. 11 Et everterunt mulieres cor eius et cum esset senex
depravatum est cor eius propter mulieres ut sequeretur deos a-
lienos nec cor eius perfectum cum domino deo suo Velis ergo tor-
menta pati propter christum libenter / motus exemplo magistri nostri
et fugiamus delicias que faciunt spiritum inhertem ad bene operandum
¶ Septima perversitas est quod homo abiecto divino precepto nunquam
vult dimittere iniuriam Et nota qui parcit inimico suo vel eius
offensori non potest dicere pater noster quia contra se deprecatur deum
cum aut dicere nolens dimitte nobis sicut et nos etc Dicit enim dominus
in ewangelio Nisi dimiseritis unusquisque fratri suo de cordibus
vestris nec dimittet vobis pater vester celestis peccata vestra Figura de
servo cui dominus dimisit universum debitum et quia ipse conservo
suo debitum dimittere noluit iratus dominus contra eum dixit Serve
nequam omne debitum dimisi tibi quia rogasti me et tradidit
illum tortoribus etc Item si non parcis vicinis tuis deus expe-
rimentabit te usque ad minimum peccatum Et si parcis iniurianti deus
dissipabit peccata Unde dicitur fuit michi a quodam bono religioso
qui in sepulcro quod existentibus in sepulcro multis peregrinis
et facientibus tectum ut moris est a casu propter oppressionem

multitudinis unus tenuit pedem ante vilam malignam vetulam que
respirabat in pede illius et cecidit et surgens illum crudelissime
incepit blasphemare Et postea cum irent omnes ad confessionem ve-
tula confessa est iniuriam quam receperat a iuvene cum cecidit
Confessor dixit quod deberet dimittere iniuriam / et illa dixit quod nunquam
dimitteret in eternum Iuvenis confessus est confessori nar-
rans qualiter a casu et non a proposito fuerat causa mali illius
vetule et Confessor precepit ei ut peteret ab ea veniam qui re-
niens ad eam genuflexus humiliter veniam peciit Cui vetula
respondit quod mortuum veniam sibi non daret Ob quod iuvenis recessit
dicens Ego quod in me est feci et deleo de peccato meo quo facto omnes
ad orandum accesserunt et omnibus presentibus iuvenis iterum peciit
veniam quam ei vetula dare recusavit iuvenis cum magna devocione
suscepit corpus christi Et ecce subito divino iudicio illa andiaculata
vetula quasi ventus rapidus cepit currere versus unum magnum
puteum in quo se precipitavit et a diabolo ibi est suffocata et hec quia
parcere noluit O reucthagnata vetula que velles videre unum suspi-
di si fugamenet gallinam tuam de orto suo dixi parcere non sic
obstinata quod nullum aliud precium carius est diabolo quam obstinacio
¶ Septima perversitas est quod homo obmissa racione que bona que facit
ascribit sibi et non deo de quibus loquitur propheta Dixerunt impii
magnificabimus labia nostra a nobis sunt quis noster dominus est Sunt
presumptuosi qui recipiunt graciam dei et virtuosi ut potentes ut
divites vel fortes et nolunt deo gracias referre / sed superbiunt in
virtutibus et felicitatibus suis / Figura de lucifero qui sibi sapienciam
ascribebat non deo dicens Ponam pedem meum in aquilone et
similis ero altissimo Et nota quod propter hoc deiectus est diabolus
quia potenciam dei sibi presumpsit ascribere credens a se ipso se
habere sapienciam et fortitudinem et pulcritudinem non a deo Ezechielis
28 Quia elevatum est cor tuum et dixisti deus ego sum et

cl' Remedys .a. 9
supradicta

et i sapiencia et prudencia tua fecisti tibi fortitudinem et elevatum est cor tuum in robore tuo morieris in interitu occisorum in corde maris. Videndum est de remediis.

- Primum q omnia mundana vilipendat
- 2m q ora neccessaria nec aliena appetat
- 3m q laudes mundi fugiat
- 4m q opes suas distribuat
- Quintum q desideret pro deo iniuria pati
- 6m q mortibus sibi propriat corde
- 7m q induat se coram deo inutile

Primum igitur remedium q homo omnia mundana vilipendat quasi transitoria et caduca de meliori sperans i eterna vita. Phi. 3o. Omnia arbitror ut stercora ut Xrm lucrifaciam. O quam bona permutatio est perdere transitoria vana et mixta ut homo adipiscatur perpetua et eterna. O vos qui gaudetis in mundo si faceretis mihi unum solum mundi solacium monstrare in quo non sit nulle amaritudinis. Rursus omnis dulcedo humane felicitatis multis amaritudinibus respersa est. Nos enim ut apostolus ait non habemus hic manentem civitatem sed futuram inquirimus. Ideo magnum intellectus est et magna virtus mundum vilipendere et illud appetere in quo solum est gratia et gloria scilicet hoc est vita eterna ut cognoscant te solum deum et quem misisti Ihm Xpm. Figura huius i speculo Xpi in omni. Cum enim esset factor et conservator et redemptor mundi tamen a principio et per se et per suos voluit mundum vilipendere. Unde ipse coram pilato negavit se fore regem mundi quasi illum dedignatus, et apostolus suus ait i evangelio Si de hoc mundo fuissetis mundus quod suum erat diligeret propterea odit vos mundus quia de mundo non estis. 2m est q homo non appetat aliena ideo precipitur Non concupisces rem proximi tui et hoc mandatum male servatur hodie quia homines ita deveniunt per avaricia q cum vident aliquam bonam vestem in dorso proximi dicunt vellem tibi illam vicisse cum nobis capillis. Et

multitudinis unius tenuit pede am una maligna vetula que aspiravit in pede illius et cecidit et surgens illum crudelissime incepit blasphemare. Et postea cum venit ad confessionem vetula confessa est iniuriam quam receperat a iuvene quando cecidit. Confessor dixit q deberet dimittere iniuriam et illa dixit q nunquam dimitteret in eternum. Sed iuvenis confessus est a confessore narrans qualiter a casu et non a proposito fuerat causa mali illius vetule et confessor precepit ei ut peteret ab ea veniam qui veniens ad eam genuflexus humiliter veniam petiit

si videt unam pulcram mulierem statim illam carnaliter concupiscit. Debet igitur homo affectus suos racionabiliter regulare q non permittat se vanari ab appetitu cupiditatis rerum alienarum quia hic mors sepe ac sit et racionis. Legitur 3o Re. 21. de Achab rege qui concupivit vineam naboth et q naboth noluit cedere hereditate primogenitorum suorum Achab proiecit se in lecto et non comedebat panem. Et Jesabel uxor eius cogitat dare unam vineam illam marito suo et scripsit viris civitatis ut falsa occasione inventa per viros belial contra naboth lapidarent eum et sic mortuo naboth Achab possedit vineam in cupiditate sua. Ideo dominus per heliam thesbiten minatus est ei dicens Ecce inducam super te malum et mittam in posteriora tua. Sic mortuus fuit achab i vinea te comedent cum canes Sic aut in agro comedent eum volucres celi. Quando enim intelligimus per achab proiectum in lecto ex cupiditate aliena nisi virum ronalem q ab appetitu irronali devictus cupit rapere aliena. Et ecce Jezabel s racionis sensualitas inducit homines cupidum tum in rapina et falsas adinventiones et mortem inocentum ut derobando voracitati sue satisfaciat. Et post illorum peccata exponitur a domino pena ora eius i. q per illorum morte ro consumitur opes ille que ut videtis de male acquisitis non gaudebit tercius heres Immo sepe nec primus quia ut videmus

filii istorum robatorum et usurariorum ipse fuit lusores et lenones
aut ebriosi et in ictu oculi abierunt magnas opes Et postea si
moritur cupidus in civitate hoc est inter attinentes comedet eum
canes quia attinentes sui sicut canes latrantes sunt per platea et pa
latia comedet illum super opibus eius etc. ¶ Tercium est quod homo distribu
at sua propria voluntate et non aliena in pias causas Et dico
propria non aliena quia de alieno facere elemosinam vocatur caritas
rabiosa sicut faciunt isti usurarii qui depredantur deum et mundum
et depauperant homines et postea cum veniunt ad mortem volentes
ablata restituere dimittitur quod fiat una capella Illa capella non
fit de suo sed de alieno et non prodest sibi immo nocet quia est una
memoria iniquitatis sue cum conspectu dei et ordinat quod dicantur
misse Ita posset dici misse pro anima diaboli sicut pro anima talium.
debet ergo homo de proprio benefacere pauperibus et non de alieno quia
volentes de alieno facere ~~unguentum~~ elemosinas similes sunt Iude
murmuranti contra magdalenam que unxerat christum cum dicebat po
terat enim hoc unguentum vendidari etc. Et nota quod qui subveniunt
pauperibus de bonis suis semper preservantur immunes ab infortuniis
et deus amat illum / Figura de Job qui fuit iustus et pius subve
niens proximo qui post multas tribulaciones et miserias / fuit
in omnibus publicatus et restituta fuerunt a deo omnia et benedixit
dominus Job magis quam Job prius ¶ Quartum est quod homo laudes mundi
fugiat Unde si vis cognoscere quam peior est totus mundanus vide
qui est in magna fama mundi Signum est quod totus est de mundo
quia mundus de isto loquitur ut de istis magnis principibus et mundanis
tenentur quia guerras fastus et similia Unde si esset unus bonus
vir qui faceret mirabilia et mundus vellet eum laudare fuget
tales laudes Ideo spirituales viri fugiunt illo fama mundi / Figura
de christo cum cum dicerent demones Ihesu fili david et ipse nollet

ostendere potenciam pati obprobria ~~Et nota quod hoc est maxima~~
~~perfectio et firmitas fidei cum homo libenter patitur pro deo~~ sua
mundo nec illi obmutescere et noluit laudari ¶ Quintum est quod
homo desiderat pro deo pati obprobria Et nota quod hoc est maxima
perfectio et firmitas fidei cum homo libenter patitur pro deo adu
ersitates Apostolus Hec est patria sanctorum et fides quasi dicat in
paciencia persecucionum probatur fides Mathei v Beati eritis cum
male dixerint vobis homines etc. Et nota quod hoc est verum fundamen
tum sanctitatis per quod deus multos trahit ad animarum salutem
cogens illos portare caritatem suam Cum enim videt se homo in istis
affectibus carnalibus et felicibus mundi mortificatum et venit in
despectu mundi et videt se ab unoquoque derelictum et post omnem
spem mundi et felicitatem et non potest aliud habere recursum quam ad
deum ideo eum humiliat et in spiritu contrito et conturbato confugit
sub proteccione altissimi crucifixi. Dicit enim psalmista Propter te mortificamur
tota die etc. Ideo bonum est de mundo pati obprobria quia mortificata
et domita carne rebelli spiritus eius spiritus et in suum creatorem intu
etur et gaudet carnem suam ita domitam esse quod non possit sibi
prevalere / Figura autem de petro et paulo / afflicti contumeliis et
verberibus pro nomine christi gaudebat ideo dicitur Ibant apostoli gaudentes
etc. ¶ Sextum est quod homo nocentibus sibi et iniuriantibus remittat
et ex corde quia non sufficit sola voce dimittere iniuriam sicut
aliqui faciunt quia inimici eorum sunt parentes eis aut plures in
familia ut ut potius quam fecerunt sunt habeat meliorem modum
se vindicandi quia non sperant se de quibus autem se decipiant cum
in ore sua et lingua sua mentiti sunt ei Ille ergo non dimittit
qui solo ore non corde dixit ideo cave Et nota quod maior per
fectio est dimittere inimico in ipsa offensa quam post factam offensam
figura de christo quia quamvis in omnibus offensis sibi factis tacite pro

offendentibus semper oraret tamen non sine misterio in maiori offensa
qua fecit illi mundus Et ideo bene alta voce orauit pro inimicis quia si ille
in ipsa offensa fuit eleuatus esset super crudele spectaculum crucis
dicens pater ignosce illis quia nesciunt etc. ¶ Septimum est quod homo
se inutilem iudicet coram deo quia ubi homo quanto se exprimet
magis meretur graciam dei quia qui sibi aliquid ascribit non sine
periculo est tamen glorie lucri Cum omnia beneficencie etc. est quod si
omnia possibilia sibi fuerunt homo adhuc melius fecisset inspectu
innumerabilium beneficiorum que recepit a deo Legitur de Job qui tunc misericordiam
dei meruit cum omnino se humiliauit et fassus est se inutilem et fatuum
in conspectu dei licet ante quasi indignari se ostenderet velle
iustificare Unde ipse ait humilians se ad dominum Insipienter locutus
sum et que ultra modum excedunt scienciam meam Idcirco ipsum me re-
prehendo et ago penitenciam in fauilla et cinere et tunc dominus dedit
illi graciam et gloriam

C' aia aminaciata
.s.d.s. aculeis teta
cou'z q'bz dyabolz
minat aiaz.

Declina a malo et fac bonum Vidimus de anima pacificata
nunc xto videamus de anima aremzata (aminagata) Circa quod considera
animam in continuo bello positam et in acquiescat demoni armigeri
ab illo per continuas et varias temptaciones Et sicut armiger
sarcinis sibi inutilibus habet armarium illum qui illum ...
... pungit per costas et latera et posteriora sic diabolus
qui sibi supponit animam faciens sibi illam armigeram ... pungit
et diuersis temptacionum aculeis Unde propheta dum ... me
accepit animam meam ... Vidi equos in visione et
qui sedebat super eos habebat loricas In quibus notatur multiplicitas
temptacionum que licet sint diuerse tamen insimul se tenent et
et trahuntur una ab alia sicut lorica que ex multis maculis sunt
innexis et trahendo unum sequuntur omnes et potestas in capite est
talium sicut in ore hoc est in principio temptacionum ad armigerandum

aciam et perturbandum et illam ad peccatum inducendum Et in caudis
est etiam eorum potestas ad dampnacionem dicitur In cauda i. in fine uite sue
¶ Ad propositum ergo duo videbimus ¶ Primo septem aculeos temptacionis
que armigerant ¶ 2o septem remedia contra istos aculeos et primo

¶ 1 temptacio importuna | in ordine est ut sequitur Et de istis
¶ 2 temptacio dubiosa | septem aculeis habemus in psalmo Qui
¶ 3 temptacio subita | habitat in adiutorio altissimi Cum ait Scuto
¶ 4 temptacio occulta | circumdabit te veritas eius Prima
¶ 5 temptacio violenta | per importunam Non timebis a timore noc-
¶ 6 temptacio fraudulenta | turno Secunda per dubiosam A sagitta
¶ 7 temptacio perplexa | volante in die Tertia per subitam

A negocio perambulante in tenebris Quarta per occultam
Ab incursu Quinta per violentam A demonio meridiano Sexta
6ta per fraudulentam Cadent a latere tuo mille Septima per perplexam
¶ Videamus ergo de prima que dicitur importuna per hanc enim diabolus conatur
ad se animam trahere quia temptat nunc in uno et deinde in alio et
se importune donec faciat hominem peccare Et illa temptacio simulatur
musce que est infestissimum animal que dum expellitur de uno loco statim
currit ad alium semel bis et ter donec faciat hominem irasci
Unde legitur de quodam deuoto homine qui dum scribebat in cella
sua in qua erat musca qui surgens cum flabello expulsit eam et
clausit cum ostium credens quod non esset amplius aliqua musca et
credens esse securus et dum incipit scribere ecce musca volauit super
nasum meum et ille dixit intra se vide quomodo scribam modo et
pellit eam et scribendo modicum adhuc iterum musca volauit sibi ad nasum
et tunc videns hanc importunitatem et expulsit et iterum venit et
abiecto calamo totus turbatus Interrogatus autem a superiori suo et
spirituali patre quare esset ita turbatus ait persecutus est me hodie
belzebuth i. deus muscarum Ita facit diabolus cum peccata et modica

i. deus m'el muscis
sequit'. q'z i glibeto

temptacione ita importune vexat animam quod facit hominem per
care ex continuitate quia continua temptacio omnes vires consumit
in anima Et sicut continua pluvia aufert pinguedinem terre
sic temptacio continua aufert pinguedinem anime et dulcedinem gus-
tuum spiritualium Oportet enim cum magna amaritudine quod diabolo
dimicare ne sic tali continuitate vincatur anima quia gutta cavat
No(ta) quadruplicem modum quali dyab(olus) temptat. lapidem non vi sed sepe cadendo / Temptat enim importune dya-
bolus quatuor modis scilicet ante retro ad dextram et ad sinistram Ante
enim tunc importune temptat cum res de qua homo temptatur est
in presencia puta si tu es naturaliter cupidus et stas cum uno
campsore et vides ante te magnum cumulum denariorum diabo-
lus temptat te ut tollas de illis contra dominum tuum et tu resistas per una
vel duabus vicibus Iterum tu redibis ad cambium et videbis dena-
rios temptabit te diabolus totiens et ita importune quod oportebit te tol-
lere de illis denariis et cadere in peccatum cupiditatis et avaricie Re-
tro temptat diabolus cum absente re de qua temptaris importune te
stimulat puta quod es luxuriosus et vidisti mulierem pulcram ad
concupiscendum eam et revertens domum et oblitus illam sed diabolus tibi
illam representat et trahit tunc quod facit te disponi ad exequendum quod
prius oblivioni tradideras Ad dextram temptat cum in felicitatibus mundi
positum non sinit quiescere nec contentum de eo quod fortuna tradidit
sicut hodie videmus in multis tyrannis quos nec deus nec diabolus
nec mundus implet per quos diabolus ita importunos facit quod
nec sibi nec aliis possunt sufferre requiem Ad sinistram temptat diabolus
in infortuniis positum de desperacione et totiens illum stimulat quod se
ipsum occidit Sicut vidi de uno qui pluries se voluit occidere
et uxor eius invenit eum et videns semper ivit ad potestatem civitatis
et supplicavit ei ut faceret eum suspendi pluries et cum potestas
nollet tandem observavit horam cum uxor ad missam iverat

et tunc laqueo se suspendit Et hec fuit importuna temptacio
diaboli Ideo ait Ve vobis terre et mari quia descendit ad vos
diabolus habens iram magnam / per terram intelligitur asperitas / per
mare intelligitur adversitas et amaritudo anime Secunda temp-
tacio dicitur dubia quia involvit conscienciam et privat illam cogni-
cione veritatis et ponit animam in asperitatibus faciens animam sic
tediosam quod [illegible] est Exemplum fastidiendi stomachi est inter degustandum
Sic anima fastidiosa habens vinum cyphat / cras illud reprobabit Isti
tales assimilantur arundini palustri quod in fimo et luto radicata
superfluo humore palustris aque debilis existens omni vento movetur
nunc ad levam nunc ad dextram dependens de quibus dominus ait Existis
videre arundinem vento agitatam etc quia homo est in fimo vel luto
terreno radicatus et plenus superfluis humoribus et delectacionibus
carnis faciliter tunc data temptacione hinc inde versatur sicut ille
qui ambobus pedibus claudicat qui nunc ad unum pedem nunc ad alium
cadit contra quos clamat propheta Usquequo claudicatis in duas partes
si dubium est etc Secundo nota quod diabolus vexat hominem in hac dubia
quatuor modis etiam facit hominem dubium timidum vacillantem et
inconstantem Ideo periculosior quam prima quia cum vadit homo de nocte
precipue tempore guerre vel per loca suspecta ex omni re fit dubius quia
si unum folium cadit subito dubitat ne ibi sit sicarius vel latrones
vel si videt virgultum sicut ante a longe putat quod sit latro dimicator
Aut si videt unum truncum grossum credit quod sit unus lupus Sic
facit pauperula anima quod quidquid faciat aut bonum aut malum semper
stat in dubio Sic Anxiatus est super me spiritus meus in me turbatum
est cor meum dereliquit me virtus mea etc Tercio dubius sicut
marinarius qui de nocte incedens supra ripam maris semper timet
appropinquare cum terra ne frangatur navis Et si forte videt ali-
qua nube timet quod sint scopuli Caveamus quod video ita

Ita accidit aie temptate dubie quia semper timet appropinquare
terre hoc soldati spiritualis vite et dicit nolo ingredi viam dei
quia non possem durare sed frangeretur sicut discipuli videntes
xpm in terra non audebant ipso appropinquare quod putabant illum
fantasma esse Sicut 3° vacillans sicut itinerans nocte quia
in itinere dum vacillat unus dicit vadimus bene alter dicit nescio
et sic nescientes quo vadant tota nocte itinerant et mane videt
se nichil itinerasse Sicut homines 8to mostante(?) sicut qui de nocte
vadit dicit apud se certe non debeo bene ire et revertitur et
dum est reversus dicit Certe credo quod bene ibam Et iterum procedendo
videbit vepres vel aliam tibiam(?) et dicit ecce non bene vado et
eundo et redeundo numquam attingit domum Sic paupercula aia
posita in tali dubitate quod a diabolo agitatur et numquam attingit
portum salutis et ideo dicit Erraverunt in solitudine via civita
tis et habitacula sibi non invenerunt / Fi(?) de populo dei quem pharao
nunc dimittebat et postea portas sibi claudebat Sic accidit in
aia dubia quod aliquando libere incipit unam rem et postea dimittet et
sic ibit vacillando et non cognoscet se temptatam Et non quod temptatio
dubia sicut quod decepit Evam quia ipsa posuit sibi in dubio quod
dominus illi certum dixerat Gen 2° dixit enim dominus ad Evam posuit
sibi in dubio quod serpenti suadenti ut comederet respondit In
quacumque die comederitis de ligno vite morte moriemini et
dixit de certo Sed fatua Eva posuit in dubio quod serpenti
suadenti ut comederet respondit ne forte moriamur Sic videtis
temptationem dubiam cum imponitur forte quod est adverbium dubitandi
Cum dominus tam aperte dixit eos morituros si comederent quod
temptatione dubia reddidit ideo caveatis Tertia temptatio dicitur
subita et illa subita absorbet totum hominem et privat ipsum dis
cretione et omni iudicio rationis et illa est quasi quedam sagitta que
subito impulsum vulnerat aiam et occidit Ideo ps A sagitta

volante i. subita temptatione Sagitte comparatur primo quod
sagitta non visa percutit sic ista sagitta subite temptationis
nisi percutit aiam Et ubi non videtur periculum illud percuti non
potest esse discretio Et ubi non discretio non potest esse salus Et ubi
non est salus ibi oportet hominem cadere in periculum quod periculum
impensum quasi semper secuturum Sed effectum O tenebrate femine
que estis vipere diaboli cum vestris fucis et ornamentis et capil
lis et coloribus quibus vos pulcras facitis et ornatis ad capien
das aias causa estis subite temptationis quod pauper adolescens
erit in ecclesia ad audiendum verbum dei et tu adornata ve
nis et percutis et transfodis cor illius subita temptatione Ita
ut totus libidine absorbeatur factus amens ut perdat aiam
suam consolationem et famam et tempus ac finaliter vitam Sic
erit aspectus tuus in illum quasi aspectus basilisci et non audis(?)
quod facies sagitta diaboli id est subita temptatione vide quia
infernus te exspectat Unde ps Subito sagittabunt eum et non
timebunt 2° Sicut 2° quod sicut ille qui est balistrarius non advertit
ad sagittam sic qui temptatur subito non advertit quod sit temptatus
quia ita vehemens est ille impetus temptationis quod homo subito
absorbetur in id de quo temptatur et non advertit quod sit tempta-
tus puta quod erit bene dispositus et a casu pretendit unus contra
eum qui occiderit sibi patrem et subito temptabitur de vindicta
et commovebuntur omnia viscera eius super illum et non cognoscet quod
sit temptatus quia cum de iniuria et vindicta cogitabit Unde ps
Absorti sunt iuncti petre i. 2° et iudicium absorbetur a tempta-
cione Sicut 3° quod sicut sagitta subito cum tangit hominem non arma-
tum vulnerat usque ad mortem sic temptatio subita cum tangit
hominem imparatum facit ipsum peccare mortaliter puta quod aliquid
malum tibi occurrerit et tu subito inadvertenter blasphemabis

dum aut virgine maria tu peccasti mortaliter? Unde bene
ne nata quod quotiens subita temptatione venis in offensa
dei quia blasphemas illum vel si venis in aptam iniuriam
proximi quia percutis illum licet non processerit cogitatio peccas
mortaliter. Unde Ieremie 4 Velociores fuerunt inimici mei aquilis
celi quia aquila habet istam naturam quod de aere velociter descendit
et subito impetu percutit aves et occidit. Secundo quod sicut sagit-
ta cum recipit hominem male receptum subito transfodit eum sic ista
temptatio cum recipit hominem male fulcitum virtutibus et a iuven-
tute habituatum in viciis usque ad senectutem tunc facile ipsum
transfodit. O scelerati senes inveterati dierum malorum ista
subita temptatio numquam vos deserit nisi tales consuetudines habitus viciorum
in vobis quod de omni turpitudine mundi fit vobis subita temp-
tatio quod si videtis duos agnos luxuriam facit vobis subitam
temptationem quod subiectum in talibus temptationibus est ita paratum
quod subito recipit temptationem. Item secundo Ubi pugnatoribus tales enim
inveterati in malis sunt pugnatores scelerum et viciorum et pleni
malicia et ista temptatio subita absorbet homines in puteos sic
sicut gravis lapis cum subito impetu trahitur ad profundum sic
subita temptatio trahit hominem ad fundum peccatorum. Quarta
temptatio dicitur occulta et ista est peior aliis precedentibus quod
facit hominem ita cecum quod nescit se extrahere deliberate occultam
fingit et etiam ita involutus in peccato quod non cognoscat se temptatum
Ideo dicitur in psalmo A negotio perambulante in tenebris. Unde ricardus
Unde sub quadam similitudine occulta temptatio describitur quod
semper ignorantie nebulis tegitur per quam mens nostra vela et ignorantie
suis virtutibus antequam evigilet spoliat. Ista enim temptatio
ad instar furis hominem exspoliat. Fur enim habet quatuor

proprietates. primo vadit occulte sic facit diabolus furatus animam
vadit occulte quod temptationem mittit leve a principio ita quod
non percipitur et sic paulatim vadit addendo ligna igni ita quod surgit
inde immensus ignis. Ideo oportet hominem semper vigilantem esse
ad quantumcumque modicam temptationem quod ut dicitur in evangelio Si sciret
paterfamilias qua hora fur veniret vigilaret utique etc. O
peccatores mortales et si divitiis temporalibus tantum adhibetis vigila-
ntiam ne latrones furentur quanto maior vigilantia opus est ut
divicie spirituales non furentur et tollantur ab anima Ideo ait petrus
in epistola canonica adversarius vester diabolus etc. Secundo fur furatur
plene ad posse suum omnia bona asportat de domo in qua fura-
tur. Sic facit diabolus qui permittitur animam furari totam gratiam
quod non solum facit illam accidiosam et tepidam ac vacantem a bono
opere sed facit illam inimicam virtutum promptam ad omnia vicia non
contentatur animam in unum peccatum precipitare sed in abyssum omnium viciorum
Ideo david videns multitudinem peccatorum a quibus furatur a latro-
ne diabolo proiectus ait ad deum Infixus sum in limo profundi et
non est substantia. Et vere tamen magnum latrocinium est quod facit dia-
bolus ipse quando cum solum in unum peccatum mortale deducit quia
ipsam spoliat ab omni bono Ita quod animam factam ad ymaginem dei trans-
format nequiter ad ymaginem diaboli Ita ut dicat deus de illa
Babilon facta est michi in miraculum Ista anima dilectissima
nature angelice facit sibi inimicam. Et divicie gratie dei fit vacua
omni gratia Item precipue omnis boni facti a quovis fideli facit illam
expertem et nudam Unde in canticis dilectus dei sic manet. Tertio
fur subito abscondit illa que furatus est ne reperiat ille cui fura-
tus est. Sic facit diabolus postquam furatus est tibi animam te inducit
in peccata multa subito abscondit tua peccata et facit te cecum ad
illa cognoscenda et videndam ne garriveris de furto iudici id est sacerdoti

qui debet esse tuus iudex in confessione peccata gravissima
Gravissimum quidem periculum est tu peccatum est occultandi illi qui illud
cognoscit quasi vetus ad fovendum ducit et precipitat in illam
Unde Job 13 ait Quantas habeo iniquitates et peccata scelera mea
atque delicta ostende michi Et psalmista ait Ab occultis meis mun
da me domine Erubat enim quod multociens homo ignota sunt peccata
propria Ideo ad cautelam cum homo confitetur debet dicere dico
mea culpa de peccatis quibus non recordor et que non intelligo aut
cognosco Peccator enim est sicut avarus habundans multis diviciis
qui licet fur furetur sibi modicum frumenti de uno magno cumu
lo non perpendit sed semper stat in timore ne sibi furetur Sic
facere debet zelotipus de anima sua quod semper debet timere ne diabolus
demat sibi graciam dei sive modicum sive multum quod non perpendat
ne decipiatur a negotio perambulante in tenebris Sexto latet fur
maliciose sic facit diabolus qui se facit ab omni peccato alienum ut
non cogitet peccator se decipi a diabolo sed temptaciones illi subiugit
quasi naturales appetitus aut instinctus dei Unde Job 19 ubi
ait In calle meo tenebras posuit sic venerunt latrones et fe
cerunt sibi viam per me Tenebras enim ponit diabolus cum quando
illa occulta temptacione deludit et facit sibi viam per animam et
quasi dormicionis pedibus premit Septima temptacio dicitur
violenta que transcendit vires mentis de qua subditur ab inimicis
Et hec temptacio non venit nisi hiis qui vincuntur de facto a
diabolo quos deus derelinquit et permittit temptari et vinci
duabus de causis Prima est quod homo de se presumit quod possit
temptationi propria virtute resistere et quia est species superbie in
anima violentatur a temptacione ut mortificetur in persona
Exemplum de petro qui dicebat domino Si omnes vos scandalum

Nota

patientur in me ista nocte ait de se presumens Et si omnes scan
dalizati fuerint etc et sic post parum postea negavit et ad vocem
mulieris vere petrus fortissima columpna contremuit Unde
augustinus Ubi tibi placuisti ibi perisisti Secunda causa permissionis di
vine est secundum augustinum et Gregorium quia qui voluerit cavere peccata etiam
media cum possit non posse cum velit etiam magna vitare Sic
etiam accidit peccatori qui incidit in istam temptacionem sicut lepo
ri qui cum sentit circa se canes et venatores non audet se
movere sed expectat quousque cum fuste mactatur a rustico Sic
facit peccator maxime in peccatis qui cum sentit temptacionem Ita as
pectus est in peccatis quod fuit pusillanimis sic quod non confidit se pos
se resistere illi permittit violentari Et tunc diabolus intrat in illam
animam cum multitudine demonum et illam devictam spoliat omni bono
Unde Job 2 quasi rupto muro et aperta ianua irruerunt super me
et ad meas miserias devolutus redactus sum in nichilum et abstulit
quasi ventus desiderium meum Rumpit enim murum temptacio vio
lenta et vallum consciencie ad terram deicit quo anima protegitur et
defensatur et tunc a ianua perversate voluntatis aperitur diabolo
ad introducenda omnia scelera in animam et fit de templo dei habitaculum
demonum Iuxta illud capitulo Babilon facta est habitacio demoniorum
et tunc devolvitur diabolus ad imperia creature cum illa extrahitur
a gratia factoris sui illa violatam in morte eternam Unde psalmista Unum
faciebat qui querebat animam meam et anima redacta est in nichilum
Et tunc ventus talis temptacionis aufert desiderium quod prius desi
deratum est de omni appetitu nisi alteratur a peccato Ideo dicitur quod ventus
vehemens a regione deserti concussit quatuor angulos domus
Anguli domus anime sunt memoria intellectus voluntas et operacio
hos angulos concutit ventus istius violente temptacionis cum
privatur anima memoria tot et tantorum beneficiorum dei privat

intellectu quia non intelligit sed ad differentiam brutorum creatum
facta rationalem privat bona operatione tum ipsa trahit
ad opera mortis s. peccati. Figura de puero paralitico iacente in lecto
quasi puer stultus et fatuus etc. Sexta temptatio dicitur
fraudulenta quia infatuat de qua dicitur a demonio et hanc
temptationem utitur demon contra illos quos novit stare ac
cautos cautos quod temporibus apertis non posset uti cum illo quia
subito fugeret. Et dicitur fraudulenta quia inducit hominem
ad malum sub apparentia meridiei i. fervoris devotionis
qui notatur in fervore meridiei et sub apparentia magne dis-
cretionis que notatur in splendore quod homo deceptus credit omnia
esse a deo que sunt a diabolo. Unde prov. xvi Est via que videtur
homini recta novissima autem illius ducit ad mortem super quo
Bernardus quid ista fraudulentius quid formidolosius inveniri
quam quod mors pro hominis unde colligitur sive vite eterne fructus
speratur. Ubi nota quod quadrupliciter diabolus temptat fraudulenter
primo suadendo homini bonum ad finem mali puta quod videbit aliquis
hominem instabilem et persuadebit sibi quod intret religionem et fiet
peior quam fuit primus et dabit aliis causam murmurandi
et faciet alios abstinere ab ingressu religionis. Secundo suadendo
homini malum sub specie boni quia persuadebit alicui qui ingressus
est religionem qui esset valde aptus ad dei servitium et ad
magnum fructum faciendum quod exeat religionem quia non posset
portare onus prius assuetudo debilitate. Sic enim apparitur
demon illi sicut latro viatori qui ipsum alienat ut tollet sibi
mantellum ut posset ire melius. Tertio dissuadendo homini bonum
timens malum ut vitat in peius puta quod religioso dissuadebit
intemperantiam eius et sompni et paulatim elevat ipsum sic
restringendo cum scrupulo conscientie et non solum dissuadebit sibi

murmurare ad quiete ad dormire sed nec quod satis est ad ne-
cessitatem et sic debilitata natura homo perdit sompnum et cibum
et cerebrum et nec potest legere nec orare aut meditari et
sic fit fantasticus et infatuatur et perdit deum et omnia. Unde vos
novitii religiosi notate quod satis ad regulam dictorum patrum
et nolite plus facere quam iungatur. Sic enim talibus accidit sicut cur-
rentibus ad bravium bravium quod qui in principio currunt quantum
possunt cito sunt fessi et cum sunt ad medium deficiunt. Et qui pla-
ne ceperunt semper invalescendo in cursu hii sunt qui ad bravium
attingunt et obtinent. Figura huius fraudulente temptationis in Ada
qui decepti fuerunt fraudulenter in serpente. Unde Eva ait ser-
pens decepit me ut patet Genesi. Septima temptatio complexionalis
quia hominem primum multis viciis et peccatis implicat. Hoc enim est
ut homo singulariter temptetur in una specie peccati parum curando
de aliis. Quia aliquis delectatur in luxuria aliquis in clamore
aliquis in gula aliquis in congregandis operibus et sic de aliis
et hoc propter impulsum complexionis aut corrupte nature ex consue-
tudine antiquata. Et sunt aliqui infortunati quod non uno vicio
sunt tempti sed complexi in multitudine peccatorum quod de uno peccato alicuitur
ad aliud puta quod ebriosus ex potacione vini cadit in invidiam proximi et
invidia cadit in homicidium et sic de ceteris. Vel sic etiam homo
in una temptatione complexa in uno vicio et ista complexitas facit hominem
mortuum et putridum cum peccata carnalia et spiritualia vadunt in
perdicionem hominis in voluptate. Figura in lazaro quatriduano fetenti in
quatriduano enim significatur complexio in quatriduano quod sit in
peccato quia homo in primo motu erat complexus ut debebat illi
attendere nunc non postea incepit delectatio complexionis longe
temptationis fiet mortuus et fetens in peccato in quo diuturno
tempore fuit complexus sicut avis invisicata que quasi trahit non cadit
in peccatum sed sua deliberatione post sic temptationis ala capitur

et postea capit et iterum instat et sic paulatim domum non potest eum mouere. Similiter quelibet istarum temptationum de se est ita periculosa quod posset animam naufragare. Contra periculosum et tam aduersarium vna anima debellat sed omnibus temptationibus nisi dominus custodierit ciuitatem frustra vigilat etc.

Capitulum 2ᵐ. Remedia contra septem aculeos temptationum animam nauigantem in mari inuadentium.

Visis ergo septem aculeis temptationum quibus anima expugnatur a diabolo videamus nunc septem remedia et regulas contra illos. Ita prima est donum intelligentie vitandi quod demonem accusare debet. Enim homo cum non nouit se inclinatum ad aliquod vicium aut naturaliter aut habitu aut consuetudine et cum reperit se inquietari cum vulneribus temptacionis, puta quod quasi nunquam fuit delectatus in homicidio aut crudelitate et diabolus ponit ante eum vnum spiritum iniquum (?) et excitat ad occidendum illum et ille tamen insolitus abhorret et vult obliuisci illius cogitationis. Et iterum ipsum pungit in crudelitate, tunc debet aduertere et considerare quod ex quo deus dedit sibi intellectum et fecit eum rationalem ut cum illa ratione intelligat rationem et dirigatur sensibus carnis sue et non offendat aut proximum, et sic debet aperire oculos intelligentie. Sicud dicitur de femina caupona (?) qui cum vidisset vnum obturantem sibi oculos cum manibus ipsa similiter facere voluit et illa obturante oculos subtraxit sibi denarios de banco. Propterea dum prima vice sibi defecit denarios ipsa acriter verberauit. Vnde ex quo tunc iterum ille clauderet sibi oculos sicut prius fecerat, tunc ipsa ambabus manibus aperuit sibi oculos. Sic et tu bene aperias oculos intellectus tui et videns quod talis importuna temptatio est a diabolo non a natura aut habitu et tunc subito surge et accusa diabolum in confessione coram sacerdoti illius insidias et statim liberaberis. Exemplum quomodo accidit de diabolo sicut de duobus sociis quos vidimus ita iunctos in societate quod vnus nesciret quiescere aut dormire

sine alio et nichil faceret quod non diceret alteri. Ex casu venit quod vnus illorum sociorum domesticabitur cum alio socio et contrahit secum de factis suis et alterum socium et sic paulatim separauit [illegible] turbatur socius et dimissa societate non diligit eum et cauet ab ipso quod eum accusat et pandit alteri que ille facit. Demum cum videt se esse associatum ita quod omnia mala [illegible] sua tecum agitat et tu illa tenes secretum semper te temptat nullam opportunitatem. Sed si videt quod tu reuelas sua secreta [illegible] confessori tuo tunc omnia a te recedit et dimittit societatem. Secunda regula est vera illuminatio intelligentie scripturarum qua homo recte consulitur. Nullus enim est ita dubie temptatus qui si legat in magno mari scripture et diuinorum eloquiorum non declaretur. Sed declaratio sermonum eorum illuminat et intellectum dat paruulis. Cum enim aliquis est dubius et studet in exemplis sanctorum et reperit alios fuisse dubios in quo ipse est, inuenit illa remedia et declarationes suorum dubiorum. Vnde dicitur in apocalypsi: Vincenti dabo calculum lucidum, id est vincenti dubiam temptationem dabo perfectam declarationem dubitationis que notatur in calculo, quod calculus declarat summas minorum que sunt in dubio. Et dicit lucidum quod cum homo non possit habere lucidam declarationem per se debet consulere per viros expertos in via dei. Sicut reperitur in vitas patrum de quibus deus apparebat (?) mirabilia remedia ut possent consulere aliis temptationibus dubiis et ideo consulendum est amicos dei et homines viros non dissolutos qui nesciunt sibi nec aliis consulere. Quod alius qui consulit bonum virum in dubiis suis plus accipit ab eo per gratiam quam petit. Sicut in actibus apostolorum de claudo qui stabat ad portam templi et petiuit a petro pecuniam et dedit sibi plus quam petebat quod dixit: argentum et aurum non est mecum, quod autem habeo hoc tibi do: surge et ambula. Claudus est temptatus temptatione dubia qui claudicat et hic consulit bonum et sanctum virum plus accipit ab eo quam petat sicut claudus qui petiit pecuniam et obtinuit sanitatem.

Tertia

regula est vera habituacio comparate virtutis qua homo oc-
casiones peccati fugit Qui enim vult temptacionibus resistere oportet
quod totus alteretur et mutetur quia sicut prius erat habituatus in
malo mutet et mutet illum habitum mali in habitum boni et
habituetur ad virtutem et continuitatem virtuose operacionis Unde apostolus
Expoliantes veterem hominem cum actibus suis et induite novum hominem in
virtutibus quod faciliter cadit et si cadit numquam Videmus enim magnum
periculum ex istis temptacionibus esse in homine habituato in viciis et
peccatis qui est ita debilis in virtutibus quod faciliter cadit et si cadit
numquam potest relevare sicut apparet in infirmo quia si paries tetigerit
statim cadit et proprium surgere non potest Sed si vir iuvenis resis-
tet aut non cadit aut si cadit relevat proprium saltando Ita fortis
homo habituatus in virtutibus qui est ita fortis caritate et a-
more quod licet temptetur non faciliter cadit et si cadit inmediate sur-
git propter bonum habitum virtutis Ita quod habitus virtutis facit
hominem resistere temptacionibus cum hoc quod homo effugiat occasiones
temptacionum quia difficillimum est stare in igne et non ardere vel
stare in aqua et non balneare unde sapiens Qui tangit picem inqui-
nabitur ab ea Si enim esset unus naturaliter luxuriosus qui
habitu virtutis suppeditasset luxuriam non tamen secure posset stare
cum mulieribus sicut 3 Regum de Salomone Qui cum esset sapientissimus
omnium hominum tamen ex conversacione mulierum corruptus est in
luxuria et ad peticionem illius adoravit ydola Quarta
regula sive remedium est vera et accurata examinacio vo-
luntatis qua homo appetitus suos diligenter examinat Si
enim homo qui occulte temptatur temptaciones suas examinet
cognosceret subito si sint racionabiles aut viciosi et tunc tunc
considerare quod nichil est fiendum aut operandum propter delectacionem
corporalem aut utilitatem tuam sed propter deum puta quod sunt aliqui
qui ieiunant propter sanitatem corporis vel ut appetitus suus

magis excitetur et delectabilius comedat et homo non est
meritorium ieiunare quia non propter deum sed propter te ieiunas ideo
recipis mercedem ab eo propter quem illud facis Iuxta illud ewangelium
Receperunt mercedem suam scilicet delectacionem vel sanitatem Sicut et pater
qui naturaliter amat filium suum ille amor non est meritorius quia
et anima et alia animalia naturaliter amant pullos suos et nutriunt
ut non moriantur et tamen non merentur et hoc quia ille amor est propter
se et propter filium et non propter deum et iste amor sensualis ut pluri-
mum est offensivus dei quia pater aut mater videbunt filium blas-
phemare deum et non castigabit eum et patietur iniuriam dei propter
sensualitatem et carnalem amorem eius Sed si homo ieiunat propter
deum et non propter se qui eciam habendo magnam famem abstinet
propter deum et dicat sicut aliquis dicit Ego ieiunabo in vigilia na-
tivitatis domini si non venit michi fames nisi pro talis qui pro deo
et sicut pater et mater qui amat filium et nutrit illum ad
honorem dei ut adhuc sit amicus dei et instruunt sic et propter deum
ille est meritorius Et sic debet homo considerare appetitus suos
et accurare quod sit secundum deum aut non unde apostolus Racionale obsequium
vestrum unde Iob 6 ubi dicit anima exurienti amaria dulcia esse vi-
dentur quod prius nolebat tangere anima mea nunc pre angustia mea
dentur quod prius nolebat tangere anima mea nunc pre angustia mea
cibi mei sunt Cum enim anima exurit de istis vanitatibus mundi et se-
sualitatibus carnis tunc male iudicat aut examinat appetitus
suos tunc quod prius nolebat tangere scilicet peccatum peccatorum pascunt illam
Quinta regula est vera hilaris paciencia qua homo graciam
dei meretur Cum enim sentit se homo vexari violenta temptacione
debet considerare quod aut ista violencia est ab intra aut ab extra Si
agnoverit ab intra Ita quod violentat spiritum tunc debet omnibus viribus
mentis conformare voluntati aut permissioni divine et sic faciet
de violencia spontaneam voluntatem et debet tunc quomodocumque illi eve-
niat sive cadat sive non se deo submittere et gaudenter acceptare

quicquid promittit illi deus eveniret Sic facit bonus pugil qui cum
est in bello pugnat viriliter usque ad sanguinem et flatum et quando
potest plus et non succurritur illi cadit et hostes clamant super eum
et illi reddes se victum non vult reddere se illis secularibus sed principi
et superiori ut habeat meliorem societatem et tunc magnus capi-
taneus recipit illum gratanter et facit magnum honorem quia
est plus ab illis secularibus qui eum receperunt dat aliquid exiguam
portionem Sic facit homo qui pugnat viriliter contra temptationes
diaboli quantum sibi potest et si sibi non mittatur auxilium statim
ad experientiam eius sit deinde si superveniunt non reddit se secularibus
i. demonibus sed deo principali dicens Tu scis domine infirmitatem meam
et causam meam et reverentiam meam contra violentiam et ignorantiam
Tu nosti domine quibus omnia cognita ego reddo tibi in manibus meis
Et tunc libenter accipit et gratiam et secularibus dicitur demones
contemptos de eo quod fecerunt cum peccatum sed non dicitur habuisse
eis et sic homo per occasionem peccati gaudet de nulla re alia
curans et tunc fit amicus imaginis dei unde apostolus hilarem datorem
diligit deus Alias violentia ista est ad exemplum ut quod fuit in
martiribus qui trahebantur ad martiria et ad mortem violenter
contra iusticiam tunc opus est pacientia de quo ait deus In pacientia vestra
possidebitis animas vestras Et deus ait martiribus suis qui viole-
rabantur a mundo sed in mente gaudebant Tribuebat Stephanus
lapidabatur et videbat celos apertos Item laurentius assabatur et
angelus eum confortabat ipsi refrigerendo paulus decapitabatur
et psallebat gaudens in deo dicens hic amicus meus Andreas
crucifigebatur et dicebat cruci Securus et gaudens venio ad te
et in luce dei tantis gaudens manducabatur Fugam aut apostolorum de
petro et paulo de quibus dicitur Ibant apostoli gaudentes a conspectu
concilii etc. Septima regula est una distinctio integra ...

qua homo supportabile putaz non aggreditur Declarpexeris (?) viribus
ultra possibilitatem spiritus non est devotio sed proprius Deus
enim nichil odit contra quod fecit Sed enim vult quod misericordiam
corporis nostri sed quod teneamus ad summum fructum cum omni modestia et
mansuetudine dicit enim ipse Iugum meum suave et onus meum
leve est Item advertendum quod fervor non debet attendi secundum virtu-
te possibile hominis quod aliquis potest plus altero fervere Sicut vide-
mus de magdalena que tanto fervore arsit in ihesum quod meruit ve-
niam omnium peccatorum Ideo dixit ei Ihesus fides tua te salvam fecit Ergo
non omnes habent talem fervorem et iste debet per spatium temporis ut se
ipsos nimium fatiget nec orare debet nec meditari in spiritu modo
quod nimia exercitatio facit hominem fastidire et mutare propositum
et non perveniret Ideo propheta ait Non temptabis dominum deum tuum Non
enim in multitudine sed in fervore diligentis consistit oratio vel
meditatio Unde beatus franciscus qui itinerabat dicebat quod non
dicebat nimium per medium ... etiam minus medium orandum est sed
medium est tenendum modicus licet illud medium non sit subito inve-
niatur tamen non debet homo desistere Ut figulus enim non cessat facere
vasa licet quandoque aliquod frangatur sed perseverat donec faciat
secundum velle suum figura Ieremie 18. figulus faciebat opus super rota est dis-
sipatum vas quod faciebat de luto manibus suis Conversus quod fecit
illud vas alium sicut placuerat in oculis eius ut faceret quod est
dicere quod si homo facit aliquod opus debet esse cum certitudine et
discretione Septima regula est una solicita electio qua quis
semper maius bonum eligit ut semper de bono ad melius est at-
tendendum et de meliori ad optimum Et ubi enim possit plura
bona simul facere melius est quod unum bonum in se forte illud solum
esset tale quod requiret totum hominem sicut est de predicatione
vel de eo qui curam gerit animarum et tunc attendendum est ad illud
bonum ex quo maior fructus sequitur sicut de paulo de quo dicitur

Pertinet non enim misit me dominus baptizare sed evangelizare
quia illud totum specialiter requirebat ideo ipse elegit predicare
magis quam baptizare ut vita m[illegible] etiam eo quia nos a[illegible]

[C]irca passionem domini nostri Jhesu Christi talis et tanta
redempcio facta est Consideranda sunt octo cordibus
nostris imprimenda Cum multa devocione considerare debemus

Primum est in factis multiplex ostensio pietatis
2m in verbis multiplex instruccio veritatis
3m est circa passionem multiplex afflictio attendenda
4m est penas inferencium circa deum detestanda
5m est Christi subtilitas paciencie subtilitas veneranda
6m est Christi passionis acerbitas recordanda
7m est compacientium Christo devocio imitanda
Octavum est passionis Christi utilitas appetenda

In quo Christus tamquam totius bonitatis fontale principium pietatis sue viscera multociens multipliciter et in multis ostendit Primo

in cene et pasche simplici celebracione quam dulciter humiliter et benigne celebravit cum discipulis suis et quanto desiderio illud ultimum pascha celebravit. quomodo pedes eorum etiam proditoris sui lavit. quomodo per magnificum convivium in suo recessu paravit, corpus suum sanctissimum in cibum et sanguinem in poculum propinat. quomodo tam venerabile sacramentum in sue passionis memoria instituit. Quomodo potestatem conficiendi apostolis et successoribus suis ordinavit Quomodo contra imminentem tribulacionem eos confortavit et in fidei constancia roboravit consolando et promittendo 2o pietatem suam multipliciter ostendit in oracione prono in terra patrem adorando ut a demone servaret et confirmaret in bono Item in orto quando cepit tristari et mestus esse non pro sua passione quam portabat sed pro nostra miseria/ Ambrosius Doles domine non tua vulnera sed nostra. non tua mortem sed nostram infirmitatem Item quando se ter in oracione prostravit non ut pro se impetraret sed ut deo patri reverenciam exhiberet et nobis exemplum impleret ut in imminente necessitate ad oraciones recurramus Item pietatem suam ostendit quia non obstante quod esset attentus sue oracioni adhuc memor fuit suorum discipulorum eos visitans et de negligencia arguens ne in temptacionem incideret ammonuit

Iste licet sensualitas mortem horreret tamen ratione spiritus et paterne
voluntati subiecit. Iste in agonia positus orans 3° prolixius sudorem
sanguineum ex toto corde sic habundanter emisit quod gutte sanguinis
per terram currebant ut vehementiam doloris ostenderet. Ita ardore
compassionis sic sacrum sanguinem ebullire fecit. Iste pietatem
suam ostendit in voluntaria oblatione cum proditori et furentibus iudeis
se sponte obtulit eis quos non agnitus obviavit / proditoris osculum
non recusans / eum amicum vocans / ut sic allectus iniquitatem suam
dimitteret et ad amicitiam veram rediret. Iste pietatem suam ostendit
cum prostratos virtute verbi ut converterentur ita ut eum velud ceci
non cognoscerent nec appropinquare valerent pristine virtuti res
tituit et cognosci se fecit et obtulit se capiendum. Iste pietatem
suam ostendit cum compaciens infirmitati discipulorum se solum capi
permisit ipsos non tangi neque ledi precepit inquiens: si me queritis
sinite hos abire. Iste pietatem suam ostendit quod non armis se defen
dendi sustinuit sed gladio unum de astantibus vulneratum corripuit
seque passioni sue voluit et salutifero tactu suo vulneratum sanavit.
Iste suam ostendit pietatem cum proditores et homicidas pie mansuete
et humiliter increpavit dicens tamquam ad latronem etc. Iste pietatem
suam ostendit cum tum ab impiis traderetur, derideretur, conspueretur
Petrum qui eum terciis negaverat non despexit sed oculo pie compa
ciens cognitionem peccati et compunctionis lacrimas ei dedit. Iste ostendit
pietatem cum mulieres plangentes admonuit ut se ipsas et filios
suos plangerent, admonuit ipsas peccata et miserias que fece
rant. Iste pietatem ostendit cum pendens in cruce pro crucifixoribus
suis impiis exoravit piis allegationibus excusationibus vulnerum
suorum ostensione manuum et pedum compassione veniam implorando.
Unde: Flagellis cesus, spinis coronatus, clavis constrictus
affixus patibulo, opprobriis saturatus, omnium tamen dolorum immemor

ait: Pater ignosce etc. Iste pietatem ostendit cum latroni confitenti
non solum tum quod petebat concessit verum etiam et peccata remisit
et penas quas digne pro factis sceleribus sustinebat ad mar
tirii sibi palmam computans paradisi coronam repromisit et eodem
die implevit. Hodie inquit mecum eris in paradiso. Ambrosius:
vita est esse cum Christo quia ubi Christus ibi regnum. [illegible] latro
qui suis sceleribus tum crucifixus est. O domine Jhesu Christe usque ad
singultum semper in sceleribus fuit tamen in ipsa hora expirationis
sue quia sua malicia confessus est insidiam (?) meruit et eciam
ipso die in paradiso. Augustinus: valde mirabile est negocium huius
latronis: hic Christo credidit cum alii a sua fide recesserunt / hic
adhesit cum alii eo relicto fugerent / hic quo potuit lingua eum
defendit cum alii in quantum poterant impugnaverunt / hic quicquid
habuit liberum scilicet cor et linguam Christo dedit cum adversarii spolia
verunt eum / hic solus iustificabat eum cum alii reum mortis proclama
verunt / hic regnum celorum petiit sibi dari ab eo quem videbat
morte dampnari / hic postulat sui haberi memoriam quem vide
bat pati mortis angustias. Iustum dicebat sibi penam inflictam
Christi vero iniustam plus plangens Christi supplicium quam proprium. Iste
pietatem ostendit cum matrem suam desolatissimam astanti discipulo
in custodia commendat: O mulier ecce filius tuus etc. Iste pietatem
ostendit cum se derelictum plangit. In hoc intelligens eundem suorum
cum fugientes ipsum solum relinquerant vel detentionem qui in limbo
fuerunt tamdiu derelicti. Unde Augustinus super illud Deus deus meus
ut quid me dereliquisti ait: Caput loquitur pro membris derelictis
derelictionem eorum sua representans. Iste ostendit pietatem cum dixit
Sicio quod non de naturali vel corporali siti debemus intelligere
principaliter esse dictum de spirituali ut sit sensus sicio id est ardenter
desidero fidelium salutem (?)

Justo e(st) c(ontra) d(e) v(er)bis d(omi)ni salvator(is) i(n) cruce ... sua p(ro)p(r)ia ... fuerat ... sex dix(it) a(n)te ... d(i)c(tu)m q(uo)d ... i(n) cruce ...

Secundo circa passionem xpi co(n)sideranda est in verbis multiplex instructio veritatis. Augus(tinus): lignum ubi fixa erant membra xpi morientis fuit cathedra magistri docentis. Notandum q(uod) circa passionem eius a cena usq(ue) ad mortem fuerunt verba pr(e)cipue digna memoria et recordatione denotata, sequenti ... que(m)adm(od)um septem verborum fuerat antequam cruce ostenderet. Alia vero septem fecerat in cruce prolata. Primum verbum summi doctoris fuit pie exhortationis non solum in cena verum etiam in orto cum discipulis suis dixit: Vigilate et orate ne intretis in temptationem. Multa enim co(m)parabat eorum pugne, ideo eos sepe ad vigilantiam et orationem hortabatur. Secundum fuit pie desolationis cum dixit: Dormite iam et requiescite. Cernebat eos tristicia gravatos et cito eos mala habere requiem, ideo co(m)patiens ait: dormite iam. Tercium fuit pie orationis cum dixit: Pater si fieri potest etc. In hoc ostenditur se verum corpus habere et naturalem mortem habere horrere. Sed pietas vicit natura(m) cum dicit: non sicut ego volo sed sicut tu. Fiat voluntas tua. Dat nobis exemplum obedientie ut in arduis et periculosis destitutis vel p(ro)prie voluntatis habe(n)d(um) est inter carnem spiritum et spiritum deo subiciendum ... Tribus vicibus oravit d(omi)nus ut nobis a preteritis malis venia, a presentibus tutela, et a futuris cautela. Orem(us) hanc d(omi)ni orationem. Pressit pavorem committatur agonia et sudor sequitur angelica consolatio. Quartum fuit pie oblationis, quia se obtulit ut liberarentur sui. Jo. 18: Ego sum, si me queritis sinite hos abire. Sicut tradere(tur) et capitur propter ysaac immolando Gen. 22. Agnus immolatur pro xpo iudeorum. Exo. xij. Quintum fuit verbum pie compatationis reprehensionis cum dixit: Non potuistis una hora mecum vigilare, et postea: Amice ad quid venisti. Item Jo. 18: Si male locutus sum testimonium perhibe de malo. Item tamen ad latronem. Sextum fuit benigne responsionis ut: Amen ego palam locutus sum. Item Cayphe. Item ad pilatum: Regnum meum non est de hoc mundo. Ista circa verba salvatoris antequam cruce

ostenderet. Jam sequuntur verba que in cruce dixit. Primum verbum in cruce d(omi)ni fuit pie interpellationis cum in cruce pro crucifixoribus oravit dicens: Pater ignosce illis etc. Secundum fuit pie remissionis cum dixit latroni: Amen dico tibi hodie mecum eris in paradiso. Tercium fuit pie consolationis cum dixit desolatissime matri pie: Mulier ecce filius tuus ... O d(omi)na misericordissima quos fletus lacrimarum, quos gemitus, quos singultus dicunt de tuis pudicis ... visceribus erupisse, multasque tum pressurum confudisse cum attenderes unigenitum filium tuum moretem coram te ligari flagellari mactari in cruce sine culpa extendi et carnem de carne tua crudeliter de impiis lacerari cum audires ab eo: Mulier ecce filius tuus, cum acciperes in filium servum pro d(omi)no, discipulum pro magistro, et creaturam peccatorem hominem pro deo. Cum quod in hoc mundo carnis relinquebat suo carissimo co(m)mendabat. Quartum fuit pie conpassionis magne pro eis qui fuerunt in limbo qui miseria et detentione diutina pia ... dicebat cum ait: Deus meus deus meus. Quintum fuit verbum feruentis desiderii cum dixit: Sicio. Sextum fuit verbum consumate perfectionis cum dixit: Consummatum est. Septimum fuit verbum discrete p(ro)visionis cum dixit: In manus tuas co(m)mendo spiritum meum etc. Hec verba que primi fine(m) magnis et devotis ... sunt frequenter ... ea legentibus ... cogitanda.

Tercio circa d(omi)ni passionem est affectio multiplex attendenda. Hic autem meditatio continet septem articulos meditandi d(omi)nice passionis qui sunt: venditio venditi, captio capti, illusio illusi, flagellatio flagellati, condempnatio condempnati, crucifixio crucifixi, occisio. Hec sunt septem signacula i(d est) septem misteria libri signati que aperuit agnus qui occisus est Apoc. v. Primum in meditatione d(omi)nice passionis esse debet circa eius venditionem. Illa eterna sapientia que preciosior est cunctis opibus cui omnia que desiderantur non valent co(m)parari quasi pro nullo precio est venalis exposita

Cui Iudas dixit Quid vultis michi dare et ego vobis eum
tradam glo. q. Vile mancipium precium posuit in emencium opi
one Cogita igitur quis quibus et qualiter sit venditus quia scilicet
agnus lupis innocens homicidis amicus inimicis pius impiis
iustus iniustis O quantum movere potest ad pietatem si cogitemus
quod viliter mundi precium et preciosus vir et speciosus forma pre
filiis hominum sit venalis expositus pro tam modico precio venditus
O quam ingrato discipulo sit traditus etc. O quam crudelibus merca
toribus sit emptus ex quanta pietate et caritate vendi voluit
ut per eius vendicionem mundus est redemptus Augustinus in li. d' pbato
Exulta anima christiana quia Iudeus emit Iudas vendidit tu obtinuisti
in hoc contractu inimicorum tuorum qui venditus redemit te emptus
dilexit te quia mori voluit pro te. Secunda meditacio dominice

2a meditacio

passionis est circa venditi captionem Debet enim mens devo
ta meditando quam voluntarie salvator noster se obtulit quam violent
et crudeliter cum gladiis et fustibus captus et devinctus fuerit
quam efficaciter volentibus discipulis gladiis percutere et captionem
suam impedire ne percuterent prohibuit quam duriter ligatus et
constrictus fuit quam viliter deductus de loco ad locum et vinctus
quasi vilis latro per vicos et plateas fustigatus Iuxta illud
Trenorum 4 Spiritus oris nostri captus est dominus christus in peccatis nostris
cui diximus sub umbra tua vivemus [illegible] autem
debet considerare pro qua ligari voluit scilicet ut nos compeditos a
vinculis culpe et pene absolveret Albus ligatur qui solvit com
peditos Anshelmus Quomodo letabor de libertate mea que non est
nisi de vinculis tuis qualiter gratulabor de salute mea
cum non sit nisi de doloribus tuis Hic est considerandum quod dominus
in septem locis fuit ligatus In presepio in orto In domo Anne
Cayphe in domo Pilati In pretorio ad columpnam In crucis
patibulo In sepulcro involvitur etc. Exponitur vincula cupi
ditatum nostrarum dissolveret et vincula nostra disrumperet ut sampson

septem funes philisteorum Iudicum 16 Tercia meditacio dominice

3a meditacio

passionis est circa capitis deiecti illusionem Notandum quod illusus
fuit in quatuor locis in domo Cayphe Pilati Herodis et in
cruce O quam nos movere debet ad compaciendum debet co
gitare qualiter in domo Cayphe facies sole speciosior fuit
sputis vilissimis Iudeorum inquinata alapis cesa blasphemiis in
honesta in ludibrium velata de propheta eum sedentem palmis
interrogata O quantum sit summo regi compaciendum qui Pilati
atrio pro nobis vestimentis propriis exuitur et in ludibrium tamquam
rex fatuorum purpura circumdatur spinis coronatur falso adoratur
et rex Iudeorum vocitatur et tamquam non valens salvare et rege
re saluti sibi sua falso salutatur arundine caput eius angelis
tremendum et venerandum spiritibus beatis percutitur et tamquam
fragilis et nulla sit eius potencia baculus arundineus in manu
eius dextra pro sceptro regio ponitur et tamquam sit vermis vi
lissimus et immundissimus conspuitur et tamquam sit omnibus contemptibilis
convocata tota cohorte Iudeorum ab ipsis gentilibus illuditur Humi
liatur et illuditur altissimus dei filius rex regum et dominus saba
oth et gloria angelorum et salus iustorum et decus beatorum O
quam nos ad compaciendum pungere debet angelorum et celorum regis
illusio facta coram Herode tyranno et reliquo regis cum ipso et toto
eius exercitu contempnitur et tamquam fatuus indutus veste alba ir
ridetur et a curia eius eicitur et Pilato iudicandus redditur
O quam viscera christiana debet contere illusio quarta que fuit cum
rex Israel et pater misericordiarum misericordia hominum facie te affixus est manu
re pandens sua viscera misericordie ob salutem nostram ubi a prin
cipibus scribis principibus populi et militibus etc. ab ipsis et pendentibus
latronibus a pretereuntibus et capita moventibus felle et aceto
in siti sua potatur blasphematur irridetur et vituperatur O
vere bone Ihesu obprobria exprobrancium tibi supercadunt ut cor meum
ad compunccionem moveat Quarta meditacio dominice passionis

4a meditacio

esse debet circa illius flagellationem. Debet enim anima christiana
profunde considerare qualiter Christus fuit flagellatus multipliciter
et attritus, videlicet linguarum blasphemancium et alaparum im-
pellencium, spinarum pungencium, sputorum deturpancium, flagellorum
dirumpencium, arundinis et lancee. ysa. 53. Vulneratus est propter
iniquitates, attritus propter scelera nostra, disciplina super eum.
O bone Ihesu, disciplina tua me doceat, me moneat, me
sanet et me deo pacificet. Hic anima christiana precioso sangui-
ne Christi redempta diuinius inuretur et profundius meditetur
quam viliter sit consputus, quam nequiter colaphis et alaphis limatus,
quam crudeliter ligatus ad stipitem et virgis et funiculis toto cor-
pore laceratus, quando illa caro virginea tenera et tenella vn-
dique in membris omnibus sit dirupta et pro sanguine cruentata.
Hec est regis nostri vestis purpurea / cruore Christi corpore rubricata.
Habuit eciam rex noster arundinem pro sceptro, sicut legitur: percuciebat
caput eius arundine. Habuit et coronam non auream nec argenteam
vel lapidibus preciosis ornatam, sed spinis pungentibus fabrefactam,
non in honorem persone vel capitis ornamentum, sed pocius in ig-
5. meditacio nominiam, obprobrium et cruciatum. Quinta meditacio dominice pas-
sionis est circa flagellati condempnacionem. Fuit enim dominus menda-
citer inquisitus, accusatus, iudicatus et condempnatus iniuste in qua-
druplici curia. In curia Anne iudicatus est percuciendus. In curia
Caiphe morte iudicatus est dignus. In curia Herodis irridendus
tamquam fatuus et impotens contempnendus. In curia Pilati cruci
figendus. Qui autem ab omnibus iniuste iudicatus est, iuste homines
iudicabit. Job 36. Causa tua quasi impii iudicata est; iu-
6. meditacio dicium causamque recipies. Sexta meditacio dominice passionis
est circa dampnati crucifixionem. Circa quam quatuor amara
nimis et compassione digna considerare debemus. Primum est
crucis baiulacio, quia videlicet propriis humeris crucis patibulum

baiulauit, et ille sub quo curuantur qui orbem portant,
Job 9. Conspicit igitur Ihesus portans spineam coronam et purpu-
reum vestimentum, baiulans sibi crucem. Non quod videret sanctis
mulieribus que plangebant et lamentabantur, respiciens eum: Filie Ihe-
rusalem, nolite flere etc. Secundum est eius omnimoda denudacio. ps.
Diuiserunt sibi vestimenta mea etc. O quam verecundus fuit et
coram tota multitudine populi denudari, cum esset honestissimus,
maturus et virgo pudicissimus. Longe grauius fit ei toto
corpore denudari quam ad columpnam ligatis membris omnibus fla-
gellari. Tercium est aceti et fellis amara potio porrecta in siti.
Quartum est dolorosa crucis affixio, postquam foderunt manus meas et pedes.
Cuius est cor tam saxeum et pectus tam ferreum quod tam acuta
non penetrat et tam pungitiua non compungat. Septima 7. meditacio
meditacio dominice passionis est circa crucifixi occasionem. ysa. 53.
Tradidit in mortem animam suam. phil. 2. Humiliauit semetipsum etc.
O quam crudelis fuit mors illa que vite perimit auctorem, qui
tam iocundum consorcium ante seculum et corporis nexum tanto federe co-
pulatum dissoluit. Quam amarissima fuit mors illa per quam
inebriata et repleta fuit amaritudine dulcissima mundi vita.
Quarto consideranda est penas inferentium detestanda
ad hanc atrocem passionem inferendam pretez grauiter et in proditore
cupiditas. In iudeis inuidencia, in Pilato timiditas, in romanis
crudelitas. Iuda quidem fuit cupiditas execranda, qui a deo
cor eius et oculos excecauit, ut omnium beneficiorum immemor fuit
ingratus et sue salutis oblitus deum venderet, magistrum proderet
et auctorem vite morti traderet, ac postmodum sibi viam salutis preclu-
deret et laqueo finaliter se suspenderet. In iudeis fuit inuidencia,
Math. 26. Sciebat enim Pilatus quod per inuidiam tradidissent illum.
Ipsi ostenderunt se esse filios diaboli: Vos ex patre diabolo estis,
Jo. 8. Cuius inuidia mors introiuit in orbem terrarum. Sapiencie 2.

O gens insipiens et stulta tu sapientiam gens amarissima
mirum irritatum exprimas Jer. 6. Quo queris eum i amari-
tudine vite alte O gens vilissima precium mundi contempsisti ys.
liii Absconditus est vultus eius et despectus O gens crudelis-
sima mortuo non pepercistis O sceleratissime manus sacrilegas
in sanctum deum violenter mittitis O ingratissimi mala pro bono
redditis gratie pretia et pueriza Jo 8 ... reddit pro bono
malum O freneticorum manus medici excelsi mordetis O cecitas
o furor freneticorum quid clamatis noli dimittere hunc sed barra-
bam Gen. 49 Maledictus furor eorum quia pertinax et indignatio eorum
quia dura In pilato fuit timiditas timuit enim cesarem et
principatum perdere tremuit et timuit summum regem ledere
et condempnavit crucifixum Facile declinat a iusticia qui causis
plus hominem quam deum formidat In romanis fuit crudelitas
manibus suis flagellando conspuendo alaphizando colaphizando
spinis coronando et crucifigendo sicut predixit ipse salvator tra-
detur enim gentibus ad illudendum etc.

Quinto consideranda est christi passio quantum ad ipsum
patientem fuit autem circa hoc septem attendenda Quorum primum
est summa excellentia patientis et passionis summa deiectio
de summa eius excellentia phil. 2 Cum enim in forma dei esset
non rapinam arbitratus est esse se equalem deo. Summa eius de-
iectione exinanivit semetipsum factus obediens usque ad mortem
formam servi accipiens usque illuc mortem autem crucis ibidem. Exi-
nanivit semetipsum usque ad incarnationem usque ad participacionem
humane mortalitatis usque ad temptationem diaboli usque ad deri-
sionem sputi flagellationem etc. ... Quanto minorem se
fecit humilitate tanto maiorem se fecit in bonitate Et quanto
fuit vilior tanto michi est carior Jer. super cant. O humilis
et sublimis O altissimum et novissimum O obprobrium

et gloriam angelorum nemo sublimior et nemo despectior Et
subdit esto vilem quantum poteris numquam vilior eris tamquam leprosus
et immundus mundator criminum extra menia eicitur cum latronibus
crucifigitur tamquam vermis vilis fimus conspuitur obicitur et conculcatur
Secundo consideranda est circa personam patientis commoda innocen-
cia et puritas et peccatorum immunitas i pe. 2 Et ipse est qui peccatum
non fecit etc. Et tu pro peccato moreris innocens occiditur ut peccator
liberetur O amantissime Jhesu quis fuit causa ut ita pate-
reris Certe ego sum causa doloris tui ys. 53 Vulneratus est propter
iniquitates nostras vere ipse peccata nostra tulit in corpore suo Ipse enim
est qui mortem non meruit mori voluit pro merentibus mortem
Et david cum videt populum suum percussum a ... pro populi
liberatione mori postulavit Tertio circa personam morientis
consideranda eius mira patiencia Unde in persona eius dicitur
Jer. 11 Ego quasi agnus mansuetus qui portatur ad victimam
et ysa. 53 Sicut ovis ad occisionem et quasi agnus coram ton-
dente obmutuit et non aperuit os suum Et multipliciter ostendit quod
voluntarie hoc faceret nam querentibus occurrit non cognoscentibus
se manifestavit impedientibus prohibuit non fugit non murmuravit
non se defendit mendaciter accusantibus non respondit immo pas-
sioni se exposuit Tren. 3 Dabit percutienti se maxillam ys. l
Corpus meum dedi percutientibus et genas meas vellentibus faciem
meam non averti ab increpantibus etc. Unde bernardus Caput tremendum
celestibus spiritibus spinarum densitate configitur oculi lucidiores
sole morte caligant aures audientes cantus angelicos
audiunt peccatorum insultus dicentium Crucifige etc. Os quod docet ange-
los felle et aceto potatur facies preciosa pre filiis hominum sputis
iudeorum deturpatur manus que celos fundaverunt et in cruce
clavis affixe extenduntur Pedes quorum scabellum adorandum
in cruce clavis affiguntur Quid plura lingwa habuit libera

ad orandum. et matrem suam dilecto discipulo commendandum. 4to circa personam pacientis consideranda est singularis obediencia phil. 2. humiliavit semetipsum etc. O vere mira pietas dei qui ex amore nimio filio tuo talem obedienciam dedisti et nimis mira caritatis filii qui talem et duram obedienciam implevit Jo. 4. Meus cibus est ut faciam voluntatem eius qui misit me. Quinto circa personam pacientis consideranda est summa bonorum omnium affluencia quantum ad divinum et extrema penuria quantum ad possessionem et usum Ita ipse qui est rex regum et dominus dominancium et primo creator omnium sicud nudus est egressus est matris ex utero et nudus egredietur nichil terrenum vel temporale prorsus retinens Job 1. Recordare paupertatis mee que patuit in ipsis in nullius thezauri possessione Non enim habuit unde vitam suam sustentaret in amicorum commissione quia non fuit qui pro ipso coram iudice staret In vestium mutacione quia non habuit quibus carnem suam operiret In terre sublevacione quia non habuit ubi pedem suum figeret et cibi et potus consolacione Non enim habuit quod biberet pauper fuit domo et lecto sibi deficientibus quia in cruce non habuit ubi caput suum reclinaret pauper fuit a membrorum incolumitate et libertate quia non habuit membrum a passione liberum quo se iuvare posset nisi linguam aceto et felle ad ultimum impeditam 6to circa passionem pacientis persona consideranda est inmensa affectio caritatis Ita divina caritas que mater est et regina omnium virtutum ipsum plenum et potestative possidet ex cuius inestimabili fornace congrediens zelus ardentissimus celorum ipsum de celis ad ipsam tunculam nostre carnis et mortalitatis ad paupertatem extremam induit cum peccatoribus conversari fecit et pro nobis ieiunare vigilare orare predicare discurrere fecit fatigari esurire sitire frigora et calumnia sustinere contumelia obprobria ludibria contumelias contradicciones in verbis insidias et temptaciones mortis et tandem mortem in factis sustinuit Jo. 3. In hoc cognovimus caritatem dei

quoniam ille pro nobis animam suam posuit. maiorem autem dilectionem nemo habet etc. Revera dulcissime Jhesu. tu maiorem habuisti qui pro deridentibus et crucifigentibus actualiter orasti et longe plus de ipsorum peccato et ingratitudine quam de tuo supplicio doluisti Unde ait quidam homo vide quid pro te pacior ad te clamo. qui pro te morior Vide clavos quibus confodior et dolores quibus afficior. cum sit tantus dolor exterior interior tamen planctus est gravior tam ingratum te dum experior ut passionem suam propter nichil flevisse legitur sed pluries pro nobis ex conpassione Bernar. in persona anime sancte dicit Nescivi quod tu me diligit deus Amplius michi vilis esse non debeo qui deum pro me crucifigi et mori conspicio 7mo circa personam pacientis consideranda est summa diffusio ~~caritatis~~ languentis ex summa caritatis affectione processit quod omnia sua suos in se totum non exhibuit nobis Phi. totus extensus est agnus in usus nostros. extensione enim membrorum et brachiorum ostendit quod sic nos dilexit quantum diligere potuit per prophetam veniet potentis brachiis quantum potest et inclinato capite ad modum crucifixi dicit sic diligo vos quasi diceret totum me expono amore vestro et exhibeo vobis quicquid sum quicquid possum tantum vos diligo quod exprimere nequeo verbo ideo quod indicibile exprimo signo et ipse dedit se nobis in fratrem socium in precium etc. Vere largus est ille dispensator qui carnem suam dedit in cibum et sanguinem suum in potum. animam in precium. vulnera in remedium. brachia in refugium crucem in clipeum. ~~sanguinem suum in potum~~ cor suum in amoris indicium aquam in balneum. sudorem in medicamentum. clavos in salsamentum. spineam coronam in coronamentum. verba in documentum vitam et mortem in exemplum hic fuit de duodecim fructibus ligni vite Apocalips 22.

Sexto circa passionem domini considerandum est dolorosa et do
loris immensitas expressima circa primum O vos omnes qui tran
sitis per viam attendite et videte si est dolor sicut dolor meus. Apparet autem max
imus et gravissimus dolor isti multiplici ratione. Primo quidem
fuit acerbissimus dolor ratione conditionis persone et eius passionis
inflicte videlicet quod tam magnus tam nobilis tam pius tam
innocens tam amator et voluntarie se offerens tam vilite-
tam crudeliter hostiliter et violenter tractaretur. 2o ratione
complexionis nobilissime quanto enim complexio melior et a cor
ruptione remotior tanto pugna est durior dissolutio gra
vior et angustia maior. Cum igitur in domino Jhesu caro fuit mun
dior purior et a corruptione peccati remotior complexione
convenientior quam in ceteris ideo in eo fit sensus maior dolor
et vehementior angustia passionis. Ad quod dolorem considerandum
invitat nos Jeremias. Attendite universi populi dolorem meum etc.
3o fuit gravissimus ratione diffusionis quia passio fuit gene
ralis in omnibus membris quia totum enim corpus vulneratum
est et maxime in locis ubi vene et nervi conveniunt scilicet in pedibus
et manibus et corde quibus disruptis totus sanguis exivit et
cum omnia membra sic essent afflicta sola lingua passionis
immunis erat. Ideo quando aceto fel sibi appositum fuit dixit consumma
tum est et exclamavit et inclinato capite emisit spiritum. 4to
ratione pregnationis aptissime. quantus enim erat dolor passionis
et calicis amaritudo et oculis omnia videntibus mortuus est
et non fuit aliquis qui mortem non timeat nec timet omnino
visu suo exoravit quod pro salute nostra bibit. Quinto ratione
separationis amarissime quanto enim maior est copulatio aliquorum
tanto cum maiori violentia separantur. Vinculum amoris na
turalis uniens animam cum corpore in Christo magis quam in ceteris
fuit ideo maior fuit dolor in separatione. Nam unde habes

uxorem pro vita et obediente et bona non nisi cum dolore amit
tit et caro Christi obediens et subiecta semper fuit. Sexto ratione
improperationis ingratissime cum tam ingrati fuerint iudei et
sunt adhuc hodie christiani. Videbat quidem manifeste ingra
titudinem Judeorum quos ab egypto liberaverat et in deserto
manna dederat legem docuerat et eos in voluptua prefecerat
terram optimam promisit et dederat eis prophetas inspirat et post
multa beneficia ad complementum omnium ipse salvator omnium ad
salutem eorum ex eorum genere venerat. Et post predicationes et
viarum predicationes demonstrationes et regni celestis expo
sitione et eorum infirmitates omnes curat et multorum mira
culorum operatione et post sacramentorum salutarium institutione manus
sacrilegas inicientes ceperunt ligaverunt illuserunt flagel
laverunt dampnarunt crucifixerunt et occiderunt ut dicit illud veris
tus ps. Retribuebant mihi mala pro bonis sterilitatem anime mee
ego actuali servitute illi reddebat sterilitatem. ego honores ipsi
contumelias. ego medicina ipsi vulnera. ego vita ipsi mortem retri
buerunt. Maxime autem ipse doluit pro ingratitudine istorum christianorum pro quorum
maiora facturus erat quam previdebat quibus daturus legem nove
documenta sacramenta munimenta effudit tot viscera misericordie
tot fluenta gratie quibus dedit tot refugia pugne tantam spem
venie. tot ostendit signa amicitie tot removit impedimenta
glorie. tot solatia miserie. tot dedit adiutoria laborum. Primo
ad christianos ibi dicit per illud. O bone quam dulcis cum hominibus
nec sanus es quam magna et habundanti largitus es eis qua
dura et aspera pro eis passus es. dura verba. duriora verbe
ra. durissima et horrendissima crucis tormenta. Idem sub spi
nato capite non debet corpus luxuriari. ego corona spinea in
et tu in capite habes sertum de floribus. Ego clavis defixus
et tu cyrothecas in manibus. Ego in veste alba fui derisus

ab herode· et tu tripudias in illis Ego despectus sum in pedibus
et tu cum illis tripudias Ego habui pro te brachia extensa in
cruce et tu extendis ad modum in circulo coree in meum obprobrium
Ego dolui et tu exultas· tu habes latus apertum et pectus
insignum vane glorie et ego pro te latus fossum habui instrumen-
to dire lancee perspicerante reuertere ad me dicit dominus et ego
recipiam te Bernardus· respice oculo mentali o homo quanto te
muneratoris debito astringaris domino pacienti pro te· respice
sanguinem· sudorem· alaphas· contumelias· flagellorum instanciam
coronam spineam· sputa· ludibria· crucis angariam· patibuli sus-
pendium· oculos languidos· oris pallorem· fellita cibaria· ama-
ra pocula· caput inclinatum· geniculaciones in irrisionis titulum
famosum· sortem vestimentorum· clamatum crucifige· et quod plus
vilissimum mortis supplicium Ideo sic effudit hic salvator
noster torrens sue caritatis confluuum et torrens sue pietatis
plenitudine / michi est tamen magis apparet quod ingrati sunt
quia qui tanti gracie ingrati sunt extiterunt Ideo dicit ecclesiasticus. 29.
gracie fideiussoris ne obliviscaris· dedit enim animam suam pro te
dolorem eciam suum magis exaggerat quod de tam preciosis suis meri-
tibus fructum tam modicum reportavit

Septimo circa domini passionem consideranda est compacientium
cristo devocio viscerosa· multum moveri solet ad fletum in
aliquo funere vox lamentancium et merencium Sic a nobis
debet lacrimas extorquere et cordium nostrorum duriciam pene-
trare pium compassio pia fidelium Bernardus Expansis in cruce ma-
nibus dedit risum malignantibus et fletum fidelibus· factus est
omnibus derisui qui solus poterat esse terrori Movere
autem nos maxime debet compassio pietas beate marie matris
domini· beati petri apostoli latronis dextri nichodemi et Joseph·
mulierum sequencium ad monumentum et precipue marie

magdalene / quis autem pectus ferreum non urgeat et cor saxe-
um non molleat viscera non contriciat / viscera non commoveat
commocio viscerum tuorum et effusio lacrimarum o dulcissima domina
o mater misericordiarum piissima· o maria benignissima cum ante
oculos tuos cerneres prolem tuam tam nobilem pati tam ignobilia
tam pium tam impia· tam mansuetum et innocentem tam dura
atque dura· quis posset digne cogitare vel lingwa exprimere
quam maximus fuit dolor tuus· quam profunda credantur suspiria
tua· amarissimus gemitus immense tui cordis· tui singultus
habundantissimi· fluctus tuarum lacrimarum angustie vehementissime
singularitas quam iuxta symeonis vatis timuit passionis cristi
gladius acutissimus tua viscera penetravit· mors eius ama-
rissima tua ipsam animam transverberavit O quam vehemencia an-
gustie super te cumulavit deus qui te in partu virgineo ab
omni angustia immunem fecit et de te deus et homo natus quem
coram oculis tuis benedictus fructus ventris tui passus cru-
cifixus et occisus ut merito posset dici quod dicebat illa vetus
Noemi Ruth i· nolite me vocari noemi id est pulchra sed amara
quia amaritudine replevit me omnipotens· credo veraciter quod ex passio-
nis vehemencia fuisset mortua nisi spes certa propinque et
resurrectionis eius dolorem refrenasset Contricio eciam beati
petri et passionis cristi compassio et luctus eius amarissimus
et compassione et fletum debet nos provocare· quem oculi domini iu-
dices sole respicientes illuminaverunt ut primum tercie nega-
cionis sue adverteret· erubesceret et doleret et ut regem glorie
tam ignominiosa et dura pati attenderet et ei condoleret Unde
dicit petrus quod audito gallicantu semper ad oracionem solebat
surgere et recolere suam negacionem et domini passionem lacrimas
uberrime effundere Tercio quis non suspipiat dextri latronis
tantam fidei illuminacionem et firmitatem ubi vidit dominum stantem pati

distrahunt omnia celi luminaria excepta beata virgine a firma-
mento fidei ceciderunt Quem non moveat eiusdem veritatis re-
cognicio regis et adeo eo commercio et eius adhesio quando
pene relicto eo fugerunt Quem non pietatis visceribus emolliat
eiusdem defensio domini et iustificacio et sua accusacio cum diceret
blasphemanti nec tu deum times cum in eadem dampnacione sis
et nos quidem iuste etc. Quem non moveat eius humilis peticio
dicens memento mei domine dum veneris in regnum tuum Quarta
compassio fuit filiarum Jherusalem quis christianus non lamentetur cum lamen-
tantibus et fleat cum flentibus filiabus Jherusalem quis christianus
non lamentetur si corde gressibus sequatur cum sequentibus dei fi-
lium per suos pedes eductum ad ignominiosum crucis suspendium
Quinta compassio fuit duorum Joseph et Nychodemi quis enim non mo-
veatur si recogitet cum quanta audacia et instancia ille Joseph
decurio corpus christi a pilato pecierit et cum quanta cordis
leticia munus illius nobilis funeris sibi datum acceperit Cum
quanta devocione credendum est quod illud corpus deposuit Cum
quantis caritatis amplexibus deposuit quam venerantur tractaverit
quam dulciter osculatus fuisse illud sacratum dei quantis lacrimis
aspersisse creditur et lavisse loca vulnerum Cum quanta devocione
ligasse in munda sindone involvisse et in novo sepulchro posuisse
Quis cogitet cum quanta devocione Nichodemus tot libras
mirre et aloes attulit quibus corpus quod tot passiones pertu-
lerat non sine multarum lacrimarum admixtione linivit et
condivit Sexto inter fideles compassi fuit domino amici eius et
devoti eius qui a longe stabant et forsan pro timore et dolore
passionem de prope cernere non valebant Anselmus O benignissime
et suavissime domine et clementissime qui restaurabis meliora quia
carnis non vidi tue passionis non sum deosculatus loca vulnerum
fixuras clavorum quia non vidi illam corrupcionem beatam

tue carnis quia non aspersi lacrimas cicatrices veri corporis
testes Septimo fuit piarum compassio mulierum que paraverunt aro-
mata unguenta quarum compassio perpendi potest ex vehemen-
cia earum quia omnia reliquerunt patrias familias et domos proprias
propter christum ut videre possent et audire dulcedinem verbi
et conversacionem Jhesu christi et quanto fuerat maior earum dilectio
tanto fuerat in passione maior doloris accumulacio Patet
eciam earum compassio ex vulnerum inspectione curacione aromatum compa-
racione ex diligenti domini inquisicione Illa autem beata pecca-
trix que pre ceteris in se facta misericordiam magnam pre ceteris
senciebat inconsolabiliter flebat Anselmus Quis enim explicet o
beata sponsa dei quam benigna familiaritate et amore flagra-
bas quod ad monumentum currebas flendo Ipse te quem consolari vo-
lebat magis attendebat Ipse se videnti se celebat et se non
videnti ostendit tu quem quereres et cur fleres querebat
O dulcissime domine cur queris quid plorat nonne videbat
te corpus suum dulce vitam tam suavi crudeliter mactari quodam
ligno expendi clavis ferreis affligi velud latronem ad ludi-
brium impiorum suspendi et occidi et quia nequiverat ibi in-
vare te ne te occiderent volebat corpus tuum diu servare
unguentis ne putresceret ut saltem mortuum diu flere posset
et tu corpus ipsum quod gaudebat sibi dimissum credit amissum
et tu queris mulier quid ploras O singulare gaudium eius
cur geminas dolorem eius non enim ignorabis amorem quem
inspirabas Sed o bone domine magis benigne erat fidelis ancil-
la erat discipula tua imprimere recepta tuo pagine
cum desiderio tuo anxiatur tibi compatitur et interrogat et
cum sibi apparet quem desiderat displicet ei displicet ei
quia quod videt et tu queris quid ploret Octavo gemmis
compaciens nostra fuit ipsa crudelitas infidelium crucifigencium

clamat eo moriente Centurio esse dei filium. Turba
tercium apparencium eo moriente pectora sua percuciunt et reve
dunt qui aliorum corda frangunt videntes eum mortuum cor
eius non contremuit. Tercium genus apparencium fuit mul
titudo angelorum celestium que tantam et piam compassionem de
rege celorum habuit celestis angelus qui eum in agonia
fro de celo descendit et ei astitit et precibus sanctis et
deum totius consolacionis confortavit. O quanta fit angelorum
devocio circa dominum suum et contra adversarios suos
indignacio ut legitur in vi libro de bello Judaico in tercia
parte eiusdem libri audite fuerunt voces dicencium transeamus
ab hijs sedibus et eos quos prius cum tanta diligencia
custodierunt sacrilegos et velut excecratos reliquerunt et
qui prius erant eorum defensores sunt facti eorum persecutores
Et tunc ut dicitur beatus michael qui dux et princeps erat
iudeorum factus est princeps milicie christianorum. Quartum
genus apparencium fuit multitudo sanctorum mortuorum
quorum multa corpora surrexerunt et de morte eius re
surrectione testimonium vivis exhibuerunt. Quintum genus
prophetarum bonorum qui adventum domini previderunt qui et cor
porali presencia passionem domini non viderunt tamen prophetali spiritu
previderunt et dixerunt quod non lingua exprimunt bene sufficien
ter passiones eorum circa christi passionem et acta pia contem
plantes verba fletus et planctus ad passionem christi pertinen
cia quam christus que dixerunt et scripta reliquerunt ut dicunt
ysa. Jerem. ezechi. daniel. Job et alij. Sextum genus est
compassio sanctorum martirum confessorum et virginum qui licet pas
sionis christi tempore non fuerunt nec eam corporeis oculis viderunt
tamen de ea audientes pro effuso christi sanguine lacrimas
innumerabiles effuderunt. mundi solacia et prospera spreverunt.

pro nobis corpus in morte prius detorsere. Iste quis crederet
unquam tale aut quis videret huic simile. ipse pro iustis mortuus
et aliquando exulare a celis ut nos ad celum reportaret amicus
dulcis consiliarius prudens adiutor fortis. Respice o homo
oculo mentali quante remuneracionis debito astringaris
domino pacienti pro te respice sudorem sanguineum alapas etc.
Nota quales amicos habemus. Primus est mundus et est
falsus amicus et quo recipit in morte nisi sudarium
2us amicus est sunt homines mundi qui conducunt usque ad sepul
crum. 3us est diabolus qui homines suspendit si adiutorium vocarat
Quartus est christus qui pro homine suspendi elegit. Septimo
omne peccatum eliminat et sic mundando sanctificat unde dominus
passionem suam vocat baptismum luce 12. habeo baptizari et
quo coartor donec perficiatur habere sanguinem christi qui per
spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum deo emundabit con
sciencias nostras etc. In signum huius dicitur 4 Reg. lavare
septies in Jordane. septem ablutiones in Jordane naa
mansirus a lepra mundatus est quia per septem effusiones san
guinis christi peccatorum a septem maculis peccatorum mortalium lavatur
et mundatur sic ut singula singulis respondeat per quandam
appropriacionem sic effusio facta. In circumcisione de membro
genitali fuit ad purgandum in nobis luxuriam. In sudore
contra gulam. Nos copitata comedimus et adam pomum vetitum
unde pro nobis christus habuit sudare usque ad sanguinem. Contra
invidiam fuit effusio de livore flagellorum. invidi enim bona
visa flagellant et lividos faciunt. Contra pigriciam effusio
pedum. Contra avariciam effusio manuum. Contra iram apercio
lateris et vulneracio cordis. Contra superbiam in capite fuit
spinis coronatus et exinde sanguis effusus. Octavo affi
cit dolore clerici anima meditando dolores et opprobria dilectis
simi sponsi sui amaritudine repletur tamen dum cogitat

amoris in(ex)perti dulcedinem et fructus sanctissime
passionis et bona que ex ipsa passione provenerunt gaudio
et exultatione p(ro)fundi(tu)r. Vn(de) cantic(orum) p(ri)mo: fasciculus mirre
dilectus meus michi. Vnde xp(istu)s pro salute n(ost)ra pariens cuius
devotas afficit ad dulcedinem si sciat colligere de spinis coron(e)
sue uvas inebriantis devotionis et de tribulis i(d est) punctur(is)
flagellorum et clavorum ficus mire consolationis. Huius passi-
onis fructus multiplices gustare desiderans o(mn)ia s(an)c(t)a
d(icitu)r cantic(orum) vii(mo): Ascendam in palmam et apprehendam fructu(s)
eius. Hec est arbor illa mirabilis de qua dicitur Danie(lis)
iiii(to): Videbam et ecce arbor in medio terre etc. Cuius dignitas
glosa in duodecim commendando describitur. Primo i(d est) situ quia
in medio terre situs. Pro eo quod per eam operatus est deus salute(m)
in medio terre ut sit commune refugium et remedium omnibus
ubique confugientibus ad eam. Secundo commendatur in altitudine nobi-
litatis summe quia altissimi filius gloriosus ventris virginis
fructus in ea pependit. Vnde sequitur: altitudo eius erat nimia.
Tercio ferendo sibi tam altum fructum. Tercio in magnitudine dig-
nitatis quia filios dei consignat et in frontes eorum transfert
regno celorum dignos eos esse ostendit. Quarto unde sequitur:
magna arbor. Quarto in fortitudine per quam infernum fregit mor-
tem destruxit et virtutem diaboli et dominium penitus oppressit
et ad nichilum redigit. Vnde sequitur: et fortis. Quinto i(d est) certitu-
dine quia celos aperit et tamquam pons et scala paradisi cuncta
humiles ab ymo in sublime celorum habitaculum transvehit. Hoc
est quod dicitur: summitas eius contingens celum. Sexto in latitudine
virtutis et potestatis quia per totum mundum se extendit. Vnde
sequitur: aspectus illius erat usque ad terminos universe terre.
Septimo in pulcritudine frondium et florum i(d est) verborum et exem-
plorum virtute ornata. Octavo in fructuum multitudine s(ive)
multiplicitate utilitatis qua mundo incorrupti impendit.

Vnde sequitur: fructus eius nimius. Nono commendatur in
necessitate quam de eo habemus quia in carne sua in usum et
alimentum omnium xp(istu)s preparavit. Vnde sequitur: et esca universorum
in ea. Decimo in securitate et capacitate umbre est quia
virtute sua religiosos et seculares munit et custodit. Vn(de)
sequitur: subtus eam habitabant animalia et bestie. Vndecimo in
iocunditate sp(irit)ualis contemplationis et passionis. Vnde per passionis
iugem meditationem post lacrimarum ex compassione multam contem-
plationem passionis effundit cordibus leticiam. Vnde dicitur: In ramis
eius i(d est) diversis passionum generibus conversabuntur. Interim me-
ditando circa eam volucres celi ut contemplativi diversos ca-
tus inde promendo, diversas affectiones pietatis et consolationis
inde recipiendo. In consolatione et mitigatione tribulationum
quia in ea caro xp(ist)i est afflicta et attrita diversis tribulationibus
et flagellis ex consideratione attributionis coronis xp(isti) intra
recepit flagelli sui mitigationem et divine gratie consolationem.
Vnde sequitur: ex ea vescebatur omnis caro. Bernardus: Quis mir-
tue o crux benedicta digne queat investigare longitudinem
latitudinem sublimitatem et profundum. Ita longitudo tua
usque ad diem novissimum subvenit universis invocantibus
eam. Latitudo tua replet orbem orbis terrarum. Sublimitas tua
invenit superne civitatis restaurationem. Profundum tuum sede-
ntibus in tenebris et umbra mortis obtinuit redemptionem.

Bono xp(istu)s in sua passione dat in afflictione solatium ut
sic homo imperturbabiliter virtus passionis xp(isti) omnem amaritu-
dinem vertit in dulcedinem. Aug(ustinus): Temporalis afflictionis
quam nobis comprimat adversitas nichil dolemus si consideremus
quid pro nobis bibit ad patibulum qui nos invitat ad premium.
Hoc est lignum quod deus dedit Moysi quo omnem aque amari-
tudinem dulcoravit Ex(odi) xv. Nonne a ligno indulcata est
aqua amara et a passione et a cruce xp(ist)i tribulatio

quid non similiter. erit si colligens omnes passiones christi exemplum
de illo qui non poterat comedere in religione panem durum
quem cum christus apud crucifixum repositum fuit et ut panem
intingeret in latus christi quem cum fecisset quicquid in postea
adversitatis eveniebat dulce sibi videbatur. Ita vulnera
christi sunt salsamenta miseriarum tribulationum. ¶ Tercio prestat
in temptatione presidium et sic homo insuperabilis. Ipse
enim est virtus et fortitudo pugnancium. ps. dominus dabit virtu-
tem et fortitudinem plebis sue. Ideo monet ipse. Confortamini
ergo in virtute eius. Ab ipso simpliciter est victoria. j. cor.
15. Qui dedit nobis victoriam per Jhesum christum dominum nostrum.
Ipse namque virtute pugnantes adiuvat sanando et virtualiter
roborando ipse arma fortissima ministrando ipse hostes debi-
litando debellando et effugando desuper quod pugnantem
adiuvat d. Eccl. 38. Altissimus de terra .i. de terrenitate cor-
poris salvatoris creavit medicinam. Hoc figuratum fuit de
serpente eneo de quo Jo. 3. Sicut moyses exaltavit
serpentem in deserto ita exaltari oportet filium hominis ut omnis
qui credit in illum non pereat. Sed figura tantam virtutem
habuit ut omnes a serpente vulneratos solo visu sanaret. Non
est mirum si veritas figurata sanat a morsibus serpentium
spiritualium. Nota quod contra omne peccatum sanat dominus christi medica-
mentum. contra avariciam sanguinem sudavit. Contra ypocrisim
fuit carnis multa flagellatio sine aliquo cooperimento sanitate.
Contra superbiam iram et odium fuerunt vulnerum impressiones. fellita
potio contra gulam et ebrietatem. Ex lacerata carne et fuso
sanguine fecit emplaustrum impaciencie. Ex aqua lateris bal-
neum contra feditatem infamie viciorum impudicie. Contra invidiam
fecit lacrimas effundendo ex dulcedine verborum fecit dulce
electuarium contra pigriciam et accidiam et brevem mortem

gustavit. medicus ut non moreretur egrotus. De passio-
ne christi et cruce sanat multa habemus exempla luce 8. In
textu solus curat omnes adductos ad se m. 9. Curatur
sanguinifluxa fimbriam vestimenti tangens. ista significat
per finem dierum vel fimbriam mortis. Exemplum quidam christianus
manebat iuxta synagogam iudeorum transferens mansionem suam
alibi ymaginem crucifixi ibi dimisit. Cum autem quidam iudeus
domum illam conduxisset et quendam suum contribulem invitasset
advertit ymaginem ibi esse et significavit hoc aliis iudeis
qui eum verberassent iudeum ibi habitare et de synagoga sua
eiecissent. licet asseret se ymaginem illam ignorare crucifixum
illum clavis confixerunt et alia passionis facta innovaverunt
Cum autem latus eius lancea aperuissent exivit inde sanguis et
aqua quam recipientes stupefacti infirmos suos cum illo liquore
tangentes curabant. Viso miraculo episcopo retulerunt et
conversi baptizati sunt. Requisitus christianus unde ymaginem ha-
buisset et quis eam sic pulcre composuerat respondit hanc
fuisse et traditam a predecessoribus suis quod eam composuit nichodemus
qui moriens dimisit eam gamalieli. gamaliel zacheo. iste
Jacob. et iste per diversos successores ad eum venerat. Ideo
bene de ipso dicitur Ysa. 53. Vere languores nostros ipse tulit.
Unde licet pugnans sit aliqua plaga plagatus nichilominus
tamen ad eum recurrat et erit sanatus. Ut dicat cum beata
agatha. Qui me dignatus est ab omni plaga curare ipsum
invoco deum vivum. De 2° s. quod christus discipulis suis arma
ministrat dictum est in tercio sicut legitur libro de consolacione. Talia
tibi contuleramus arma que nisi prior abiecisses invicta
te firmitate tuerentur. Ephe. 6. Induite vos armaturam
dei ut possitis resistere adversus insidias diaboli. habemus
igitur pro galea coronam spineam pro gladiis clavos manuum

p(er) cruce(m) scuto cruce pelle agni co(m)p(ar)ta eius sanguine ru-
bricata ubi depingitur rosariu(m) paradisi In quo dependent
quinq(ue) rose aperture p(er) vulnera p(ro) calcaribus clauos pedu(m) p(ro)
lorica livores flagellor(um) P(er) quo cruce(m) p(ri)m(um) q(uam) portauit d(omi)n(u)s
p(ro) clipeo p(ri)m(um) q(uam) baiulat(ur) ab eo Ciprianus ergo ... q(uo)d
q(uia) latus eius aperuit huius armis munita fuit beata Kathe-
rina q(ue) contra maxenciu(m) gl(ori)ose triumphauit Ite(m) beatus martinus
quando dixit ego signo crucis n(on) galea protectus hostiu(m)
cetos penetrabo securus Dicit(ur) q(uod) constantinus imperator
i(n) plus p(er) vexillo cruce(m) portabat et cu(m) quod(am) illud vexillu(m)
portaret timens impetus hostiu(m) tradidit illud cuida(m) forte(m)
portandu(m) ut euadere posset Ipse aut(em) dimisso crucis signo
spoliat(us) in exercitu occisus est Et dicit(ur) q(uod) ille qui portabat
vexillu(m) ita i(n)i(m)icis ... telis et sagittis a nullo e(st) lesus
ex signu(m) crucis omnia in se suscipiebat ita q(uod) nullu(m) lede-
ret in exercitu De 3(o) q(uod) (christus) p(er) passione(m) sua(m) hostes spiri-
tus effugat spoliat et confundit ad col. 2 P(er) cruce(m) ...
inimicicias ... i(n) celo ... fugienti(s) crucis eius expolians
principatus et potestates Vn(de) solo signo crucis agnito demo-
nes effugant(ur) Exemplu(m) de s(an)cta Iustina virg(ine) q(ue) per signu(m)
crucis se p(er)sonis ab o(mn)i infestatione demonu(m) liberabat
Cu(m) aut(em) ciprianus q(ue)reret a principe demonu(m) quare non
posset Iustina(m) virgine(m) superare respondit vidi signu(m) crucis
et expauimus Et dixit ex quo (christus) in cruce pependerat
p(er) signu(m) crucis tabefacti illuc fugiebant quia ibi attrita
fuit eor(um) fortitudo p(er) passione(m) crucifixi ¶ Videt(ur) (christus)
p(er) passione(m) sua(m) thesauros amplificat Infinitus e(n)i(m) the-
saurus est hominibus quo usi sunt p(ar)ticipes facti sunt amicicie
dei In h(oc) thesauro accipit eccl(es)ia remissiones et indulge(n)-
cias q(ue) c(on)ceduntur fidelibus ysa. 3 ... fines thesauror(um) eius

Cristus in passione sua salutis apothecam aperuit in cura-
cione infirmor(um) horreu(m) et cellariu(m) celeste et refecti-
one famelicor(um) et thezauru(m) paradisi et redempcione(m) capti-
uor(um) diuinu(m) presidiu(m) et refugiu(m) fugitiuor(um) tot misericordie
medicamenta in recepcione reor(um) p(er) tot hostia sua(m)
misericordia(m) nobis aperuit q(uia) viscera misericordie dei n(ost)ri tam
multiplicit(er) et tam habundant(er) et p(er) tot foramina ta(m) mise-
ricorditer effudit Sunt vulnera d(omi)ni apothece salutis dis-
p(er)se ob curatione(m) a(n)i(m)arum Isaias p(ro) dissipare apothece ...
h(oc) eius livore sanati sumus Sunt horrea q(ue) aperuit Ioseph
gen 41 ad famelicos pascendu(m) Vnde dicunt egiptii famelici
salus n(ost)ra i(n) manu tua e(st) gen 47 Ite(m) celle vinarie aperte
et adaptate ut inebrient(ur) amore caritatis Cant 1 p(ri)mo Intro-
duxit me rex i(n) cellaria sua exultabimus et c(etera) Ite(m) bibite
et inebriamini ... ubi suggunt mel de petra et sanguine(m)
uve bibunt meracissimu(m) deut(eronomio) 32 Sunt thezauri desiderabiles
m(ichi) ... fodientes ... ut predicit
volunt de eis thezauris qui i(n) eis latebat Ideo ego fidens
qui ex me michi deesse usurpo de vulneribus d(omi)ni mei ih(es)u
q(uia) misericordia dei affluunt nec desunt foramina p(er) q(ue) effluunt meu(m)
plane meritu(m) est misericordia dei ... non sum meriti inops q(uam)diu
ille miseracionu(m) locus n(on) defuerit patet archanu(m) cordis p(er)fo-
ratu(m) corporis patet magnu(m) pietatis sacramentu(m) patent ...
viscera misericordie dei n(ost)ri in quibus visitauit nos oriens ex alto
Sunt fortissimu(m) refugiu(m) fugitiuor(um) sicut ... ciuitates
refugii in t(er)ra p(ro)missionis sunt foramina petre et caverne
macerie columba ... debet
ad illud confugere in temptacionibus suis Cant 2 Columba mea
veni in foraminibus petre in caverna macerie ... virtutes

firma et frequens mansio in vulneribus salvatoris. Ideo bona et desiderabilis umbra stantis deo ideo xpus in tutum fugitivis refugium gratum. Passio refugium. Ideo passio tua dulcis est ultimum refugium, singulare remedium deficiente sapientia succumbente iustitia, sedans succumbentibus meritis succurrit illa. Sunt apud deum explicatoris innumerabilia xpi vulnera. B[ernardus]. Securum habes accessum ad deum o homo et ubi habes ante filium matrem, filium autem patrem. mater ostendit filio pectus et ubera, filius ostendit patri latus et vulnera. nec ulla poterit esse repulsa ubi tot occurrunt caritatis insignia.

Duodecimo et ultimo xpus per passionem suam nobis in celo glorificatur. passio et crux eius est via per quam dirigimur, pons per quem transferimur, scala per quam pergredimur, navis per quam transferimur, porta per quam ingredimur, signum per quod distinguimur. Primo quidem hec via regia est compendiosa suus premendi ad celum Jo xiv. Ego sum via veritas et vita. Unde bene potest dici hec est via ambulate in ea neque ad dexteram neque ad sinistram declinetis. Ideo hic est pons per quem transferimur. Pons non quem fecit nobis xpus assistens pontifex futurorum bonorum ut habetur Heb. 9. in quo fecit 3 arcus scilicet summe penalitatis paupertatis et vilitatis. contra concupiscentiam carnis contra concupiscentiam oculorum contra superbiam vite. Que sunt pericula generalia huius vite presentis que mergunt animas in perditionem inferni. Est etiam crux navis institoris a longe portans panem suum scilicet corpus xpi qui est panis vite prov. 31 de longe quia de immortalitate ad mortalitatem. In hac suas institor merces suas preciosas exhibuit pro vilibus quas assumpsit nostra. Illius venit ad nos scitatis negotiator, accipe paupertatem dare divitias / accipe contumelias dare honores, subire laborem dare requiem

accipe dolorem dare salutem subire mortem dare vitam. Est etiam scala per quam celum ascenditur de qua Gen 28. Vidit Jacob scalam stantem in terra cuius cacumen celum tangebat et deum innixum summitate eius et angelos ascendentes et descendentes scilicet animas adducendo et reintroducendo in celum et descendentes ad adiutorium fratrum suorum [illegible]. Est etiam porta celi per quam ingredimur Gen 28. Unde morte summi pontificis redibat homicida exules ad hereditates suas. Sic nos ascendimus per mortem xpi ad celum. Ideo in vita beati Bernardi habetur quod aliquando ei exstanti est visum quod putaret ante tribunal xpi iudicandus quem eum diabolus multis questionibus et accusationibus compulsaret. Respondit fateor ego propriis meritis non sum dignus optinere regnum celorum sed dupplici iure optinet illud dominus meus scilicet hereditate patris et merito sue passionis altero ipse sibi contentus est. altero illud michi donat. Cuius merito passionis et dono non confundor illud michi vendicare. Ad hoc diabolus confusus obmutuit et sanctus de extasi redit. Est etiam signum per quod distinguimur. Unde notandum quod signum multiplex est. crucis signum distinctivum distinguit enim monetas xpianas ab infidelibus oves xpi ab omnibus diaboli Mt. 22. Cuius est hec imago et superscriptio? et postea reddite que sunt cesaris cesari et que sunt dei deo. Moneta que in iudicio dei invenitur sine hac superscriptione reddetur diabolo qui est cesar. principes possidens mundanos ut tamquam faber infernalis in fornace inferni eam conburendam ponat xpiana autem habens hoc signum dei vivi reddetur ei in celestes thesauros reponenda. Ideo est signum ovium xpi quo certitatis pastor eas agnoscit Jo 10. Ego agnosco oves meas. Est signum domorum dei et hospitalium et receptaculorum qui

hac signo signatur sup habitaculu et templu dei Vn
cu hac distinguunt domus xpiana a no xpianis In hac
distinguunt milites dei xpiani constantinus imperator istituit
ut d monetis xpianis hac signu imprimit Nota de s
marie magdalene qui iuit marsilia cu beata martha ubi
penuria passa est et tande convertit uxore principis et
principe qui iuit visitare loca passionis xpi cu consilio bte
marie magdalene cui in via multa acciderunt de uxore
pregnante et in via filiu pariente . Ipsa moriente qua tande
recepit viva in reuersione et filiu vivu et cu gaudio domu
redijt . audita doctrina petri aplo circa fide circa fidem
xpiana ps Benedic aia mea dno et qui coronat te in
misericordia Ide misericordias dni in eternu cantabo qm dixi in eternu
misericordia edificabitur in celis Ide dne in celo misericordia tua etc

TE. pcto q tractabitur In ii pte magnalis nam in p'tedaris tra
ctatur. Infra pte. Et qr pctm fm Aug. est dctm uel fcts
ul concupitu q lege eterna. Et ab ambro. dr qr pctm est
transgressio legis dine. z celestiu In obia mandatoru. Io
p aliquali maiori declaracoe uidendum e prius de lege. deinde tractabit
de ea pcte. z demu diuisioe eius p pcti.

Nota fm tho. 1a 2e q. 90. q hec e cpleta diffinicio legis. s. qr lex
e qdam ordinacio rois ad bonu coe. ab eo q curam coitatis ht pmul
mulgata. Qr lex sit ordinacio rois pbat idem. eo qr ad lege ptinet
precipe. ut d. 3. Omis. Set precipe e actus rois. lex e e qdam regula
z mensura actuu fm qua inducitur aliqd ad agendum ul ab age
do retrahitur. Vn dr lex aligando. qr obligat ad agendum. regula aut
z mensura actuu humanoru e ro q e pmu pnm humanoru actuu. Rois e e
ordinare ad fine q est pm pnm in agendis. In uno qq aut gne id qd est
pnm e mensura z regula illius gnis. z sic lex est aliqd ptines ad ro
em. et qr dic. Iuris peritus. qr q placuit principi huit legis uigore.
Intelligendum e cu uoluntas eius e regulata roe. Qr lex ordinetur
ad bonu coe. pbat p id qr dic ysidorus. d. 3. C. Erit aut lex. Vbi di
ffinies lege dr. In re certa qr dz p coi omnium utilitate conscripta ac z no.
est qr lex ptinet ad id qd e pnm humanoru actuu. ex eo qr e regula
z mensura. Sic aut ro est pnm humanoru actuu. Ita eciam Inipa roe
est aliqd qd e pnm respectu omnium alioru. Vn ad hoc opz p qd principa
lr z max ptineat lex. Pm aut pnm in operantis e ultimus finis. finis
aut huius uite e felicitas ul btitudo. Vn oportet qd lex max respi
ciat ad ordine q e in btitudine. Rursus sic omis ps ordinetur ad
ad totum. sic imperfectum ad pfectum. Vnus aut ho est ps coitatis pfecte.
necesse e qr lex pprie respiciat ordinem ad coem felicitate. Quod cuqz
aut preceptu de pticularis ope ad aliquid in tm ht racoem legis Inqm or
dinatur ad bonu coe. na particularia opa possunt referri ad bonu coe. coitate
cae finalis. fm qd bonu coe dr finis cois. Qr lex istitui debeat ab eo
q ht curam coitatis. pbat p id qd dr ysidorus. d. 2a. c. lex est constitucio.
Et ro est qr cu lex respiciat ordine ad bonu coe. Ordinare aut aliqd
ad bonu coe sit ut principis. ul tocius multitudinis. Io condere lege ptin
ut ad tota multitudine. ul ad psonam publicam q ht curam tocius
multitudinis. psona aut priuata no pt. qr z si possit inducere ad virtu
tem alios suadendo no tm cogendo. si no ht dominum sup eos. Lexo
aut inducit ad bonum p uim cohactiua. Qui aut gubernat aliqua fa

familiam cuius possit facere aliqua precepta vel statuta non tamen que habent proprie
rationem legis. quia sicut bonum unius hominis non est ultimus finis. sed ordinatur ad bonum
commune. ita et bonum unius domus ordinatur ad bonum unius civitatis que est communitas perfecta.

Quod lex est indigeat promulgatione probatur per id quod dicitur. d. 4. c. 3. leges insti
tuuntur cum promulgantur. et ratio est quia cum lex imponatur aliis per modum
regule et mensure. regula autem et mensura imponitur per hoc quod applicatur
hiis que regulantur et mensurantur. opus ad hoc ut lex habeat virtutem obligandi
quod applicetur hominibus. qui secundum eam regulari debent. Talis autem applicatio
fit per hoc quod in noticiam eorum producitur ipsa promulgatione. et sic necessaria est promul
gatio. Et non quod illi coram quibus lex non promulgatur. obligantur
ad legem servandam. inquantum in eorum noticiam devenit per alios vel devenire potest
promulgatione facta. ad hoc facit. d. 18. Quod dicitis ubi dicitur. quod non opus quod
lex singulorum auribus inculcetur. lex autem naturalis ex hoc quod deus menti hominum
inseruit ex hoc promulgata est.

Est autem actus legis quadruplex. scilicet imperare. prohibere. permittere.
et punire. ut habetur. d. 3. Omnis. Est enim lex regulativa actuum humanorum. sed
actus humani sunt sub triplici differentia. Quidam enim actus sunt boni ex genere.
ut sunt actus virtutum. et respectu horum ponitur actus legis imperare. Qui
dam sunt mali ex genere. sicut actus viciosi. et respectu horum lex habet pro
hibere. Quidam enim ex genere suo sunt actus indifferentes. et respectu
horum lex habet permittere. possunt enim dici indifferentes omnes illi actus qui
sunt vel parum boni vel parum mali. Illud autem per quod inducit lex ut
ei obediatur sibi est timor pene. et quantum ad hoc ponitur legis actus punire. Effe
ctus autem legis finalis est bonos facere eos quibus datur. Et quamvis
ex hoc quod aliquis abstinet a malo. propter timorem pene sit bonus. tamen quia hoc quod
incipit a vitandum malum assuescit ad vitandum mala. et ad implendum
bona. propter metum pene producatur. quandoque ad hoc quod delectabiliter. et ex propria
voluntate hoc faciat. 23. q. 4. Cum per timorem. et secundum hoc lex puniendo
perducit ad hoc quod homines sint boni et virtuosi. Cum autem duplex sit virtus scilicet
acquisitiva et infusa. Ad utramque aliquid operatur operum assuetudo. sed diversimode.
Nam virtutem acquisitivam causat. Ad virtutem autem infusam disponit. et
eam iam habitam conservat. tho. 1. 2. q. 92. Et non secundum glossam. 50. d. 4. c.
omnis. quod tribus modis dicitur aliquid permitti. Uno modo quod nullo iure prohibetur.
ut facere nupcias contrahere. ut. 31. q. 1. hac ratione. 2º modo quod quando constitutio
nes humanas indulgetur. ut contrahere matrimonium in gradu prohibito
ut. 35. q. 3. quidam. et hec est vera permissio. et dicitur absoluta permissio. 3º
modo dicitur permitti illicitum ut magis illicitum evitetur. ut commessationes in car
nis privio. d. 4. denique. Et permittitur adulterium ne fiat homicidium

. 33 q. 2 Si quis uxorius. et hec dicitur comparativa permissio. sed melius appellatur tolle
non de irrationalibus animalibus sed de se ipso rationabile sacrificium fecit cotidie sive de corpore suo per maceracionem sed etiam. Castigo corpus meum. Sive de anima per dei dilectionem ex cuius fervore dicebat ad Ro. 9 [illegible]. Si quis autem non amat dominum ihesum Christum anathema sit. Ymmo totum mundum fere deo obtulit. Terras ac maria, greciam atque barbariam omnesque sub sole regiones circuibat et ex hominibus ymmo quasi de hominibus angelos faciebat. Hec enim hostia est magis deo accepta sed alia que sit in mundo. Quia propter hanc dei filius venit in mundum. Unde dicit Greg. Nullum sacrificium est ita acceptum deo sicut est sacrificium, scilicet zelus animarum. Hanc hostiam paulus gladio verbi dei offerens super altare celi. Item laudatur in Habel innocentia puritatis quia dolo fraterno percussus se opposuit. Paulus vero innocenter ab hiis passus est quos ab innumeris malis eripiebat exempli. In Noe autem laudatur prudentia sagacitatis quia fecit archam in qua diluvium tempore se et alios filios salvavit. Sed hec magis patet in paulo laudandum quod diluvia peccatorum et vitiorum et errorum in quibus totus mundus periclitabatur scriptura epistolarum composuit. Non sicut archa Noe bitumine et pice linita sed spiritu sancto purgatis, quibus velut epistolis mediantibus totum mundum periclitantem ex mediis fluctibus liberavit. Hec archa beati pauli ad huc virtuosior fuit quam archa Noe quia plures per eam liberati fuerunt. Et quia in archa Noe tales lupi intraverunt et lupi exierunt. Non enim ipsa archa lupi ferocitatem mutare potuit et sic de aliis animalibus. Archa vero pauli, id est epistole eius feroces et superbos in humiles, rapaces et avaros in liberales mutavit. Quia magis per eam docti non quasi omnem altitudinem contemplantes Christum pauperem in paupertate secuti sunt et omnes crudelitate deponentes ad caritatem perfectionem et patientiam devenerunt quam morte pro eo tulerunt. In Habraam vero commendatur obedientie humilitas. Quia parentes ac patriam ad dominum preceptum reliquit et filium ymmolare voluit. Sed beatus paulus non solum vero patriam ut consanguineos sed totum mundum reliquit. Unde dixit. Omnia detrimentum feci et arbitror sicut stercora etc. Et hic est quod peregrinus se in mundo reputabat dicens dum sumus in mundo peregrinamur a domino. Et ideo non fuit sicut Habraam qui filium ymmolabat sed se ipsum ymmolabat dicens. Ego enim iam delibor etc. Item in Habraam commendatur in audacia strenuitatis quia se ipsum hostibus in periculum tradens et sic filium fratris eripuit. Sed paulus non tantum unum hominem sive unam animam aut duas vel tres sed per totum mundum de manu dyaboli de periculis et mortibus cotidianis liberavit. Unde dixit cotidie morior etc. In Ysaac commendatur sufficientia tranquillitatis quia puteos a se fodiens propriis laboribus passus est obruere et non resistit sed pacem ubique essent. Sed paulus patiebatur obrui pacem et non solum cedebat persequentibus sed et pro malis bona reddebat. Unde dicebat maledicimur et benedicimus persecutionem patimur et sustinemus etc. Fuit et ipse fons qui obrui non poterat quia quanto plus obruebat tanto plus multiplicabat et emittebat aquas. In Jacob commendatur tollerantia laboriositatis quia pro uxore habenda septem annis servivit et in pascendis pecoribus laborabat et pecus custodiendis vigilans die ac nocte exurebat et gelu affligebat. Sed paulus non tantum septem annis sed toto tempore vite sue

[illegible] post christum. sed pecc[illegible]. vnde dixit instantia mea cotidiana sollicitudo omnium ecclesiarum etc.
et pro omnibus christi fidelibus [illegible] laborabat pro quibus et urebat validiori estu quam dici
vel intelligi. vnde dicebat quis scandalizatur et ego non uror etc. In joseph commendatur pu-
dicicia castitatis quia noluit cognoscere alienam. paulus uero nec alienam nec suam cognouit quia ergo
purissimus mansit et carnem suam cum viciis et concupiscentiis crucifixit. In job commendatur
tam propter patientie adversitatis que in ipso mirabiles fuerunt. nam passus est jacturam in diuitiis et in
filiis et contumelias ab amicis. paulus autem diuitias contempsit dicens omnia detrimentum feci
et arbitror ut stercora. et amisit quia frequenter a latronibus expoliatus fuit vnde dixit
periculis latronum etc. Item ille pro filiis mortuis scidit uestimenta. Iste uero pro peccantibus
gladio doloris corpus [illegible]. Que job in corpore paulus sustinebat in mente. Item job
opprobria vel ab [illegible] sustinebat iniurias et maledicta sustinuit. Sed paulus
a cunctis infidelibus ymo a falsis fratribus sustinuit. Item job in corpore suo ac pluribus membris
sustinuit uermes et ulcera que seuos et intollerabiles dolores inferebant. Sed si ita
multos annos paulus tolerauit famem sitim ac nuditatem, cathenas, carceres, insidias
periculum considerans que a domesticis ab extraneis a rapinis et a toto orbe sustinuit
videbis quod cor erat saxo durior et ferrum ad amare superabat. 2o commendatur in job
habundantia pietatis quia pauper erat pauperum et [illegible] sicut magnis diuitiis eius liberalitati
subueniebat. paulus non [illegible] plus corpore suo possidens sufficienter pauperibus ministrabat
corporis eius [illegible] velud ex quadam [illegible] esurientibus [illegible] putabat
Erat et job misericors in pascendo famelicos vnde dixit si comedi buccellam
meam solus et non commedit pupillus ex ea. Sed paulus reficiebat animas pabulo
verbi dei dando in fame cibum [illegible]. vnde dixit. Tamquam paruulis in christo lac
vobis dedi non escam. Item job vestiebat nudum vnde dicebat de uellere ouium mearum
calefactus est. Et paulus nudatos uirtutibus uestiebat nouo uestimento dicens
Induite nouum hominem. Item uestimento [illegible] vnde dicebat. Induimini dominum ihesum christum. Item
uestimento bono. Cum dicit Induite vos sicut electi dei uiscera misericordie etc. Item
job dirigebat errantes et deuios quia dicebat. Oculus fui ceco. Et paulus se
dicebat ducem et directorem dicens imitatores mei estote. Item job iuuabat et sustentabat
debiles et infirmos dicens pes fui claudo. Sed quam curam ille impendebat circa debi-
libus hanc paulus non moribundus exhibebat vnde dixit. Quis infirmatur et ego non
infirmor. 3o commendatur job in [illegible] sanctitatis quia ait. Neque enim reprehendit
me in tota vita mea cor meum. Et paulus dixit nichil mihi conscius sum etc. In moyse precipue
commendatur [illegible] caritatis quia pro judeorum salute elegit deleri de libro vite
Sed moyses eligebat ut optabat mori cum ceteris. paulus uero pro ceteris non cum
cum peccantibus perire voluit sed ut saluaret ceteros eligebat [illegible] eternitatis
decidere. dicens optabam ego anathema fieri a christo pro fratribus etc. Et ille contra pharaonem
hic autem cotidie sathane repugnabat. In dauid commendatur prudentia quia
dixit [illegible] ut [illegible] etc. Sed quis humilior paulo qui dixit ego sum minimus
apostolorum et non sum dignus etc. Item commendatur in dauid experientia probitatis quia

vir bellator fuit ab adolescentia sua. et paulus dicit bonum certamen certaui etc. In helya
commendatur zelotipia sanctitatis quia vel ut [illegible] zelo zelatus sum pro domino erat sed in [illegible]
[illegible] per ignem uehementior. Sed non in minoris ardore erat zelus pauli dicens
Si quis non amat dominum ihesum christum anathema sit. In iohanne baptista commendatur [illegible] au-
steritas quia in desertis habitabat locustas et mel siluestre comedebat. Sed paulus
in medio mundi strepitum quam ad ille in heremo [illegible]. Non quod pastus
locustas et mel siluestre sed multo [illegible] uictum uiliorem contempsit ac [illegible] indiges
cibo [illegible] studio predicandi. Item in iohanne adhuc commendatur constantia ueritatis quia vel
herodi ueritatem constanter dicebat. Sed paulus non unum aut tres ut [illegible] sed qui im-
[illegible] in [illegible] positos corripuit ymo [illegible] seniores [illegible]
Comparatur et paulus non solum [illegible] hominibus sed et angelicis spiritibus. Et primo angelis
in quibus commendatur [illegible]. Qui facis angelos tuos spiritus. Sed quis subtilior
paulo et feruentior qui velud ignis ac spiritus totum peragrauit orbem et [illegible]
purgabat vnde dixit. Sermo meus et predicatio mea non in persuasibilibus humane
sapientie verbis sed in ostensione spiritus et virtutis. Item in angelis est obedientie velocitas. ps.
benedicite domino omnes angeli eius qui facitis verbum eius. Sed obedientior paulo et [illegible]
[illegible] obedientie dicit. Cum autem placuit ei qui me segregauit ex utero matris
mee et uocauit me per gratiam suam continuo non acquieui etc. Item in angelis commendatur
residentie sublimitas [illegible] dicens angeli eorum in celis etc. Et paulus erat totus ce-
lestis dicens nostra conuersatio in celis est. Comparatur et angelis paulus non solum generali-
ter ad predictas conditiones sed et speciatim ad singulos ordines. nam in angelis infimi
ordinis commendatur custodie singularitas quia singulis hominibus cura et custodia huius
ordinis [illegible] paulo non defuit. [illegible] pro una muliere [illegible] scribebat
dicens commendo vobis febem sororem nostram. In archangelis commendatur cure [illegible]
quia eis cura et custodia [illegible] commissa est. sicut michael gens iudeorum
ut patet in daniele. Sed paulo [illegible] maris atque uniuersi orbis [illegible]. vnde
dicit in collecta [illegible] deus qui uniuersum mundum etc. In principatibus commendatur ierarchie
prioritas quia principes sunt in ecclesia priores existere. Sic paulus inter apostolos licet voca-
tus nouissimus tamen predicatione primus. In virtutibus commendatur miraculorum claritas. paulus
uero multis claruit miraculis. In potestatibus commendatur demonum [illegible]
paulus autem demones corporales et spirituales compescebat. In dominationibus commendatur [illegible]
auctoritas. Et paulus dicebat constitutus ego predicator et apostolus. In tronis commendatur
familiaritas quia vel deus in eis familiariter requiescit et residet. Sic et in paulo christus
familiariter residebat. vnde [illegible] christus [illegible] in eo loquebatur [illegible]. ii cor. 13.
an experimentum queritis eius qui in me loquitur christus. Et gal. [illegible] viuo ego iam non ego etc.
In cherubin commendatur scientie [illegible]. Et paulus [illegible] non [illegible]. In seraphin
commendatur amoris [illegible]. Et paulus totus [illegible] caritatis feruebat. nam sicut [illegible] ignis [illegible]
totum [illegible] sic paulus [illegible] totus efficere [illegible]. hanc itaque caritatem
plenitudinem legis [illegible] et [illegible] perfectorum omnium [illegible] et in [illegible] finemque [illegible]
rogemus [illegible]. Amen

Nota quo [illegible] paulus comparatur ad omnes ordines angelorum et per applicationem [illegible] predicabis de [illegible] [illegible] magis [illegible]

R

Bonum etiam eternum . p[rim]a ad thimo . 4 . Res difficiles et penose non consueverunt
dici bone, n[isi] in quantum ordinantur ad aliquam utilitatem . sic tribulaciones et flagella dicuntur esse
bona, in quantum valent ad correctionem . Et cauteria et vulnera in quantum conferunt ad sanitatem . Et similiter
impugnationes et etiam dicuntur esse bona in quantum valent ad optinendam pacem et victoriam
ad hoc enim bella faciunt ut pacem habeant . Unde etiam martirium quod pertulit beatus Georgius
quamvis fuit penosum et grave . quia tamen eternam pacem et gloriam eidem contulit . non inmerito
bonum fuisse ab eo predicatur . Cum dicit bonum etiam eternum . In quibus verbis tria insinuantur de
pugna martirii sui . primo agonis utilitas . quia bonum . secundo operis difficultas quia
certum . tertio meriti probitas quia eternum . ——

¶ Circa primum notandum quod bonum prout tradit Ambrosius in libro de officiis dividitur in honestum sicut
est virtus . et utile sicut est pecunia . et delectabile sicut est sapor cibi et similia . Et omnibus
hiis modis potest etiam certamen beati Georgii dici bonum . primo propter honestatem virtutum . nam virtus ut
dicit philosophus est que bonum facit habentem , et opus eius reddit bonum . Sed in martirio beati Georgii
apparuit triplex virtus . primo virtus caritatis . qua pro Christo animam ponere iubebat . 2o virtus
fortitudinis qua in suppliciis etiam in mortis tenebat . 3o virtus fidei per cuius confessionem
mortem sustinebat . et sic adimplevit illud . j . ad thimotheum . 6 . certa bonum certamen
fidei . nam in certamine invincibilitatis apparuit virtus fortitudinis et contra hanc virtutis
dicit augustinus in quodam sermone . Videte admirans celestium multitudo celeste certamen
in pio pectore famulum Christi vacat libera mente incorrupta virtutis divina . Unde sapientie x .
Certamen forte dedit illi ut vinceret . Sed in certamine bonitate apparuit virtus caritatis
sine qua non est bonum certamen . ut ait apostolus . j . cor . 13 . Si tradidero corpus meum ita ut
ardeat . caritatem autem non habuero etc . maxime in quodam sermone dicit . Caritas in martiribus
suis vincit . Ipsa enim caritas est que facit milites Christi sic duci in sepulture adherere
et propter illas virtute bonum certamen certare . Unde dicebat . psalmista . Michi autem adherere
deo bonum est . Et ideo dicit apostolus ut supra . Certamen bonum certamen fidei . quia pro fidei
confessione passus est . Non propter diversas causas fiunt diversa certamina . nam animalia
bruta certamina adinvicem secundum philosophum propter cibum et locum . Sed homines mundi propter
certant propter cupiditatem rerum temporalium . Unde dicit Seneca . Quietissime viverent
homines si hec duo de medio tollerentur . scilicet meum et tuum . Tamen videtur philosophus sentire
secundo politicorum quod tolleretur de medio meum et tuum oportet res possidere
in communi . Sed si in communi res possideret non esset melius propter tria . primo quia magis sollicitus est
unusquisque ad procurandum aliquid quod sibi soli competit quam quod est commune multorum . quia unusquisque
fugit laborem relinquens alteri committit quod pertinet ad commune sicut accidit de multitudine
ministrorum . 2o quia inordinate res humane tractarentur quia confusio esset si quilibet
indistincte quelibet procuraret . Unde res magis ordinate fiunt cum singulis imminet
propria cura alicuius rei procurandi . 3o quia magis pacifice status hominum conservaretur
sicut videmus quod inter eos qui ex indiviso aliquid possident frequentius iurgia oriuntur
Unde maior pars secundum ex divisione dicitur unusquisque rem suam competit est . Sed quia homines
cupidi quod pro suis non sunt competenti . Sed plerumque usurpare competunt unde quod alterius est

Ideo frequenter oriuntur inter homines lites et bella . Sed viri sancti temporalia contempnunt et de talibus
non certant . Sed sicut homines qui sunt natura fortes firmant animum in iusticia humana et pro eius conservatione
mortis pericula sustinent . Ita sancti viri qui habent fortitudinem ex gratia dei firmant
animum ad sustinendum et pericula mortis pro bono iusticie dei . quod est pro fide ad heb . xi .
Certa pro fide et cetera . 2o . certamen beati Georgii dicitur bonum propter iocunditatem mentis ita ut
si dici possit bonum delectabile . nam licet in passione martirii non esset delectatio cor-
poralis . sed potius dolor et pena . erat tamen illi delectatio spiritualis . Ex quibus primo
quod ex parte habitus . quia secundum philosophum nono ethicorum . delectatio est opus connaturalis habitus
non impediti sed opus fortis . Sic erat opus beati Georgii . quia procedebat ex habitu virtutis
vel fortitudinis . quia vel habitus inclinat ad modum nature . Unde sicut est gaudium iusto facere
iusticiam . ita est forti operari fortia . Sed tamen dici posset quod in ipsa passione martirii
huiusmodi delectatio que provenit ex habitu virtutis modica vel nulla esset . quia secundum philosophum
vehementia actus ut passionis impedit alias potentias in suis actibus . et ideo propter dolorem sensus
impedit mens est fortis , ne in propriam operationem facti delectationem sentiat . Et propter hoc philosophus
dicit 3o ethicorum quod a forti non requiritur ut delectetur quasi delectationem sentiens in tormentis
sed sufficit quod non tristetur . valet tamen virtus fortitudinis ad duo . primo ut non absorbeat
racionem a corporalibus doloribus . 2o quia ipsa delectatio virtutis superat tristiciam animalem in quantum
homo prefert bonum virtutis vite corporali et quibuscumque adeo pertinentibus . 2o fuit in certamine
beati Georgii . delectatio ex parte finis . finis enim propinquus virtutis fortitudinis est
ipse actus virtutis qui est delectabilis , in quantum ideo apprehendit bonum rationis . finis autem
remotus est beatitudo ut deus ad cuius bonum comparatione omnes passiones non reputavit
condignas . Unde licet ex una parte pateretur beatus Georgius dolore tormentorum . tamen ex isto
actu virtutis et fine tam glorioso habebit maximam gaudii et delectationis . 3o propter
est gaudens ex habundantia caritatis et gracie qua fortius elevabat animam ad divinam
ex quibus delectabatur quam corporalibus penis afficeretur . Sicut beatus tiburtius qui cum super
carbones incensos incederet nudatis plantis dixit quod videbatur ei super roseos
flores ambulare . Et similiter accidit beato Georgio . quia cum fuisset positus in sartagine
plena plumbo fervente secum signo crucis ubi quasi in balneo refovebatur et totum
hoc accidit ei quia amicus dei erat . Unde sapientie 7 . in amicitia illius delectatio
bona . 3o Certamen beati Georgii dicitur bonum propter utilitatem mercedis . Unde in quantum erat
bonum . 3o . . . propter consequendam mercedem eterne beatitudinis . nam per mortem transitoriam assecutus est
propter consequendam mercedem eterne beatitudinis vitam eternam . Unde tales mors dicitur fuisse bona . in ecclesiastico . 38 . O mors
quam bonum est iudicium tuum . Stulti autem peccatores e contrario propter modica et transitoria
bona devenerunt ad eterna supplicia . sicut dicitur habraam diviti . luc . 16 . Re-
cepisti bona in vita tua . et sequitur . ne hic consolatur . tu vero cruciaris . videmus
enim in mercatoribus quod illi socii qui parum sunt sunt ad dampnum possunt lucrari

precipe illud. Et illi qui volunt xpm sequi in malis, in penis prosperitates erunt bonorum (con)so
latoris. ei 2. macha. 5. factus est princeps malorum postea solus fiet bonorum.
2o tangit operis difficultatem quia etiam ubi aduersa est quod beatus Geor. tempore ma
tirii sui habuit duplex certamen. primum in verbis. unde cum fuit a iudice de fide examinatus
Et isto certamen vicit per spirituales sapientiam. unde ei obiectionibus sapientissime respondendo.
Sapie. 8. In certamine loquelle illi sapientia. Invincibilis enim sapientia veritatis que est fortior omnibus
rebus ut dicitur in apocrifo esdre. Et ideo ex fortitudine veritatis cui sapiencie
innititur optinet victoriam et precipue sapientia inspirata quam dominus promisit. dicens luce
dabo vobis os et sapientiam etc. 2m etiam habuit in factis. unde cum fuit suppliciis expo
situs et illud etiam vicit per pacientiam. Sed ad victoriam et perfectam corporalis concurrit
triplex actus. unde suadere, resistere et sustinere. beatus Geor. habuit etiam cum carne
et hanc vicit. Cum dyabolo et hunc vicit resistendo et cum tyranno et hunc vicit
resistendo. ~~Et cum tyranno~~ et primum quidem etiam est spiritus contra carnem. in quo spiritus debet aggredi
unde assumendo contra carnem arma penitencie ut abstinencias vigilias et labores et cetera
quibus ipsa caro debilitur et ad hoc refertur precipue quod dicitur 5. psalmo 13. Eligite vobis virum qui
descendat ad singulare certamen. Est enim in homine spiritus tamquam vir et tamquam mulier
caro. Sed non est eligenda mulier. scilicet vita carnis. Sed vir. scilicet spiritus vite virilis et
fortis. Unde heu multi hodie dimisso viro. i. spiritu adherent mulieri. i. carni. unde
prout caro dicere illud. lo. 4. Domine virum non habeo. i. non habeo spiritum virilem refrenantem
vim quia parum sunt talia viri. unde spiritus sequentes. dicitur eccl. 7. virum de mille unum
repperi. Exo. 17. 16. Elige viros. i. homines ut affectus spirituales. et pugna contra ama
lech qui interpretatur gens bruta et significat affectus brutales et carnales. et descen
dat se humiliando et de se non presumendo ad singulare certamen. i. contra carnem. Et dicitur
singulare quia singulos tangit quia unusquisque temptatur a concupiscentia sua ut dicit Jacobus
et 15. et singulis ferens ~~[struck]~~. i. appetitus carnis qui non vult consortium spiritus
in suis delectationibus de pastu est cum. unde mentem suam consortiam. 2m etiam est
contra dyabolum quem vicit resistendo. nam de angelis qui de celo descenderunt plures relicti sunt
in isto aere caliginoso ad nostrum exercicium ut meritum et premium. in eorum certa
minibus. i. temptationibus. quod figuratum est in illis gentibus quas reliquit dominus in medio
populi et noluit delere ad habitationem illorum et profectum. ut dicitur Judicum 3. hee sunt
gentes quas reliquit dominus ut erudiret in eis ysrahel ut omnes qui non noverant
bella amorreorum postea discerent filii eorum certare cum hostibus et habere consuetudinem
preliandi. Et si tu dicas quia dedit in dominus hostes tam validos cum sim ego fragilis
Respondeo quia fragilior est hostes tuus qui non vincit nisi volentes. ita est fragilis
ut non valeat contra resistentes. Ja. 4. Resistite dyabolo et fugiet a vobis. 3m
etiam fuit contra tyrannum et istum vicit. unde per pacientiam sustinendo. Multum enim cruciavit
cum exterius duos suis. unde 4 et 5. nam sicut dicit Bernardus propter hoc miles non sentit sua
cum sui ducis intuetur vulnera. xpus enim ut paratur ad perfectam patientiam

maret pene arbitratus sustinuit omnibus acriorem. tum propter carnis sue delicatissime
complexionem et quanto delicatior tanto sensibilior et amminoribus lesuris. tum quia in locis
nervosis confixus est que maxime sensitiva. tum quia caro propter ipsum alias in eo est ipsi re
licta ex influentia roris sue divinitatis non solvebatur. hoc exemplum patre ducis invictissi
mi 4 et 5. pro cuius apostolus suos militibus ad memoriam reducit. dicens ad hebre. 12. per pacientiam
curramus ad propositum nobis certamen aspicientes in auctorem fidei et consumatorem xpm qui proposito
sibi gaudio sustinuit crucem confusione contempta. sic fecit beatus Geor. exemplo sui ducis quem
omnia supplicia parvipendit.
3o tangit prosperitatem militis in eo quod dicit certavi. i. pugna perfecta martirii in quo
victoria et triumpham. ubi ad victoriam quod ad perfectum martirium tria debent concurrere
unde causa pena et perseverantia. et de hiis tribus dicitur ecc. 4. usque ad mortem certa pro iusticia
in eo quod dicit usque tangit perseverantiam in eo quod ad mortem tangit martirii penam
in eo quod dicit pro iusticia tangit martirii causam. quod igitur requiritur in martire perseverantia
unde ut perseveret fortiter usque ad mortem et finem. nam sicut dicit greg. Sine perseve
rantia nec pugnans nec victor accipit palmam. Et quia finis martirii certaminis
est ipsa pena mortis. requiritur quod in pugna martirii persistat usque ad mortem. Ostendit
2. ondit exemplum ducis nostri. de quo dicitur ad phil. 4. Christus factus est obediens usque ad mortem
Sed hoc exemplum non sequuntur illi qui ad pugnam audacter pergunt sed viso hoste retrocedunt
quia unde ad tempus accedunt et in tempore recedunt temptationis. quia dicitur ad hebre. 12. nec dum
quia unde ad tempus accedunt usque ad sanguinem restitistis sed non sic invictus miles Geor. quia pro fide et caritate
usque ad certamina mortis. unde usque ad mortem perseveravit invictus. unde dicitur
est. usque ad mortem unde corporis periculum hora eo unde fidei
portat illud ecc. 34. usque ad mortem unde corporis periclitatus hora eo unde fidei
et iusticie. sed liberatus sum gratia dei secundum ramus. 2o ad perfectionem martirii occurrit
et iusticie. Sed unde violenter illatam exeo quod martir dicitur quasi testis fidei xpiane
mortis pena. unde visibilia pro invisibilibus proponit ad martirium. quod pertinet quod homo testi
ficetur fide opere. primum cuncta contempnat ut ad invisibilia bona perveniat. Sed quis
dum homines remanet vita corporalis nondum ondit se omnia temporalia despexisse. Quia
consueverit et consanguineos et omnia bona possessa contempnere et omnes dolores corporis
pati ut vita consuevit. Et ideo ad racionem martirii requiritur quod aliquis propter xpm sus
tineat mortem. Et propterea dicit maximus in quodam sermone de martire. Qui vicit
moriendo pro fide et vicerit sine fide vivendo. unde beatus Geor. sed illud 2. macha
6. gloriosam mortem quam flebilem vitam amplectens voluntarie ibat ad supplicia
et sequitur adolescentibus exemplum forme relinquam. 3o requiritur in martirio causa
legitima sic patitur quod pro iusticia. sed illud. 1. pe. 3. Si quid patimini propter iusticiam beati
pro iusticia enim se videtur exponere martir. ideo est quia iusticia videtur respicere bonum commune unde
quod proponendum est bono. sic mari propter capitis lectum se exponit. sicut dicitur ecc. 4. pro iusticia
agonizare pro anima tua. Et prout intelligi de iusticia fidei de qua dicitur ad hebre.
xpi.

iuste q̄ e p fide c heres punitur, et p talj iusticia legis ~~dine morit martir~~ sicut patet
morte uere martir e q beatus efficitur. Imo et sicut p iusticia legis dine moritur martir efficitur
Sic passus e Jo. bapt. ex eo q adulteriu qd e contra lege diuinaz in herode redarguebat. ymo q
cuncta bona opa q fidelis ho et iusta p deo facit sit q̄da ipius fidei protestaces 3z q̄ dicit
Jacob. 2. ostende mi fide tua ex opibus. Quiq̄s quiz patitur p q̄cūq3 bono ope faciendo ut
q̄cūq3 peccato vitando pp xpm q̄ id expectat, continetur ad fidej protestaces patet sic / martir.
Et quia ista duo ptinet ad iustitiam gnale dicitur. bz. declinare a malo et facere bonum
martir efficitur et corona martirij assequitur quicq3 p iusticia morte patitur. vnde dicitur Aug. 3z q
q persecutores patitur pp iusticiam qm ipsorum e ꝗ. vnde q sic passus e btus Geor. potuit uocari
dicere illud .2. ad thimo .3. cursum ↄsu. fi. s. de re. e. m. co. iu. qui. Rogerii. q° Am.

¶ pulcra ma. De ornatu mulierum qn e pcim mortale et qn no.

Queritur p° vtrum ornatus mulierum sit more peccare q videtur vanus et superfluus q° ad uestes
in cisas, perforatas, virgulatas, polimitas, rachamatas, caudatas, deauratas, q
2 ad mitras seu velos capitis capillaturas vanas, bombice circa dorsum, mar
garitas, zonas aureas, planulas archas fuchos et huiusmodi sit pccm mortale.
Sed. vtrum artifices facientes ut vendentes talia ornamenta mulierum peccent mor
taliter. Et arguendo ad pte affirmatiuam videtur q̄ quantum ad primu quesitum sit mortale
in q3 pdcorum s. ornatus mulierum. —

1° // Sic. nullus odio habet aliquod n mortale eo q nullus talis odio habet no e i gra dei cu
sit gra odio ei. Sz q facit hic vanitate ut q̄uis odio habet adeo q̄ p3 p psaltam
dicentem ad dnm. odisti oms obseruantes ~~vanitates~~ vanitates superuacue. q° illud e mortale.

2° // Sic. dns in sc̄ptura sacra no comiatur dapnatoem eternam nisi graue punitoem n
p mortalia. eo huius e q verax et iustus e dns et iustitias dilexit. Exigit at iusticia ut sz
mensuram delicti sit et plagarum modus ut dicitur in deuto. Sz dns minatur graue punitoem
mulieribus facientibus huius vanitates p ysaiam dicentem. c. iij. sic. Auferet dns ornatu
calciamentorum et lunulas et torques et monilia et armillas et mitras et disc
riminalia et permutatoria et palliola et linteamina et acus et specula et sindo
nes et mitras et teristra. et erit p suaui odore fetor et p zona funiculus et
p crispanti crine caluitium et p fascia pectorale cilicium. pulcerrimi quoque viri tui cadent gladio q° et
3° // Sic. Qd e contra doctrina apostoli videtur ee mortale. pc illud luc. x. dictum est a
saluatore. Qui vos audit me audit. et q vos spernit me spernit. dicitur 2 ad h
xj. q. 3. q oi ptate. vnde et ij illa doctrinaz no valet quequa dispensare ut
dicitur 25. q. 1. sunt quida. Sz talis ornatus e contra doctrinaz apostoli. dicit eciz btus pe

in p̄ma canonica .3. c°. mulierum sit no extrinsecus capillatura, aut circundato auri
et argenti, aut indumenti vestimentorum cultus. Et paulus prime ad thi. 2°. q mulieres
ornantes se no in tortis crinibus aut auro aut margaritis aut preciosa ueste q° etc.
4° Sic. nullus deputatur ad gehennam n pp mortale. qd sz ex eo sunt aut et aug. ex
presse tangit. d. 26. aliqua ca demum. Sz p huius ornatu recipit qs dapnatus ad gehe
nnaz. na diuitias ipsa q mettij no nouit. narrans luc. 16. vbi vnaz ystoriaz no pa
bola. dicit epulone diuitem sepultum in inferno et cam dapnatois eius p sps. p mectes
dicit q induebatur purpura et bisso etc. q° etc.

¶ P pte negatiua.

1° // vz q huius ornatus no sit mortale pccm et pbatur sic. Omne pccm mortale est
contra lege diuinaz ut humanaz qd p3 p diffiniones ambrosij dicentis q pccm e transgressio
legis diuine et celestium in obediencia mandatorum. Et augustinus. pccm e dictum ut factum ut
cupitum contra lege dei in lege dei includitur et humana. Sz huius ornatus no e contra lege
dei ut p3 discurrendo p mandata decalogi, n contra lege humanaz canonicaz ut ciuile.
Et si dicatur q in antiqua compilatoe decretalium prohibebatur indistincte portatura
uestium incisarum satis e q in noua compilatoe no habetur, ne membranas occupet
frustra aliis ~~decre~~ ~~decto~~ decreto no at antiqua sz noua compilatio in usu habetur.
2° // Sic. Qd sanctorum pccm fuerit e documenta superstitiosa ad inuctoe p sumendi aliquot q° etc.
e ut dicitur in canone. 2. q. 3. Consuluisti. Sz e eciz aliquando contra illud. pu. 3°. ne imitaueris no
prudentie tue, ut exponit glo. et habetur ↄstitucio. c°. ne imitaueris, sz nullus sanctorum pccm
seu sumorum pontificum seu sanctorum doctorum definiuit huius ornatu simpliciter ea prom
mortale. Neqz s. tho. 2a 2e. q. 169. ar. 2°. vbj quoz spatez mouet circa huius dicit
ee mortale n in quibusdam casibus. q° in aliis casibus no erit mortale. p argumentum a contrario. ut dicitur
di. 25. Qualis. et ipius doctrina e ab ecclesia approbata extra de rat. 22. sit. et irrefraga
bilis doctor Alexander de alas h no asserit n in certis casibus. q° in aliis no erit mortale.
3° // Sic. Qd iniuriosa mores pccare seu fit sz usum ciuitatis no e contra ius nale ut
diuinum. Asiue mos iste ↄtrarius ex eo q̄ cleriis prohibetur ornatus mundialis arguendo
a contrario sensu layas ↄcessus videtur. dicitur eciz. 21. q. 4. ois iactantia et ornatura corporalis
aliena e ab sacerdoti ordie in c°. et si qn prouinciarum de ele. quo q vita et hone de g°.
4° Sic. facta sanctorum sunt imitanda q no sunt puilegiata. na de puilegiatis extrat
regula in genem. Que a iure lib. 6° de re. iuris. Sic eciz ab exemplis sanctorum arguit
aug. 23. q. 5. Ca benedicta. et. q. 6. videns. Sz multi sancti et sancte usi sunt talibus
na de ioseph sanctissimo legitur q p̄ eius fecit ei tunicaz polimitam. i. rachamatam
gn. 37. Et hester quoz sanctissima cu ingrederetur ad rege assumpsit domicellas seu
huiusmodi quarum vna uestimenta in terra defluencia et sic caudata retinebat. Judith
castissima et vidua induit se ornamentis suis et imposuit sibi mitra et alia hi.

Sicut cecilia deauratas vestes ferebat ut pietas alie. Nec obstat si dicatur quod hoc facere pro loco et tempore propter excellentem fervorem inde sequendum quia quod in se illicitum est non fit licitum propter intentionem seu bonum inde sequentium. Indecens est enim omne suum alienis commodis impedire. iuxta Leo papa di. 4 § Sed ad salutem spiritualem nullus ducendo operatores mundano aut Aug. 22 q. 2 primum. Ex his ergo patet quod cum persona in pudoris non peccaverit quod possit mulier in huiusmodi immutari vel saltem eius non sit mortale.

Conclusio.

Veniendo breviter ad decisionem questionis salvo semper iudicio cuiuscumque melius sentientis et contrariatione eius correctioni me submitto. Videtur sic dicendum. In ornatu huiusmodi duo sunt examinanda. Primum est intentio ornantis. Secundum est ipse ornatus in se. Et quantum ad primum cum multiplex possit esse intentio circa huiusmodi ... sic secundum varietatem huius intentionis aliquando erit mortale aliquando veniale aliquando nullum peccatum aliquando meritum.

1º. Nam si mulier ornet se hac intentione ut trahat homines ad sui concupiscentiam certum est in esse peccatum mortale quia agit contra caritatem proximi intendens mortem anime eius etiam si non sequatur ruina alicuius per concupiscentiam eius. ar. de pe. di. i. Si cui et in pluribus aliis capitulis. Et ibi est ipse per scandalum activum et mortale secundum b. Tho. 2a 2e q. 43 ar. 3 et 4. Et ad hoc facit illud Prov. 7. Ecce mulier preparata in habitu meretricio ad capiendas animas.

2º. Si vero hoc non intendat sed istud aliud scilicet iactantiam et humanam laudem si ibi constituit finem suum ultimum magis diligens istam gloriam quam salutem anime sue ut gloriam eternam paratam facere contra deum ut esset precepta ut consequi posset istam laudem tunc est ibi peccatum inanis glorie mortale secundum b. Tho. 2a 2e q. 132. Mortalia enim ex fine trahunt speciem secundum philosophum in fine ethicorum.

3º. Si autem intendit quandam complacentiam ipsius vanitatis ornatus ad quam ita inordinate afficiatur quod ibi constituat finem suum adeo quod si esset contra deum et contra ordinationem proximum ex illo ornatu trahi ad ruinam non curaret ut consequeretur complacentiam istam sic est mortale. Et sic intelligitur peccatum delectationis illud dictum Aug. di. 25 § criminis nullum est adeo veniale quin fiat mortale ut criminale dum placet complacentia. secundum sententiam. Et multo magis si in deum contemptum hoc ageret, de quo canon loquitur et peccatum in auctoritate superius inducta.

4º. Si vero ista complacentia ornatus esset levis et ad salutem anime sue seu in secundaria delectatione dei et proximi erit veniale secundum b. Tho. 2a 2e q. 169 et 132.

5º. Demum si intendit tantum placere viro ne huiusmodi omittendo reddatur ei odiosa et sic inclinetur ad aliam concupiscentiam ut quia deus in partem hoc sibi a viro suo pecunia sufficiente nullum erit ymmo meritum si sit in statu mercedis quia actus virtutis modestie non excessum faciat in ipsius quantitate aut qualitate ornatus. Ad hoc facit quod ait apostolus primo ad Thi. 2º mulieres in habitu ornato cum sobrietate et verecundia. Sic si intendit ut vitet obprobrium ne scilicet dimisso ornamento secundum morem patrie despiciatur a ceteris aut ut congruo tradatur nullum videtur vel leve peccatum.

Quantum autem ad ipsum ornatum in se possunt duo vitia inveniri scilicet superfluitas ex parte consumptionis ad prodigalitatem et incentivum seu excitativum libidinis ad quod illud inducit. Et quantum ad superfluitatem cum non omnis prodigalitas sit mortalis sed aliquando ut frequenter veniale, ideo isto respectu non potest illud iudicari mortale nisi sit valde evidens et enormis excessus in quo consideranda est quia quod boni magni excessus ut uxores gradiri ut pauperis artificis vestes ut ornata auro textili aut gemmata aliquibus pannis ut nullus ut uxores principis ut nobilis. Ad quod optime facit quod dicit Aug. in lo. de doctrina christiana. hoc quod loco et tempore et personis convenit diligenter attendendum est ne temere flagitia reprehendamus. In his enim omnibus non usus rerum sed libido utentis in culpa est. Et het di. 4 § Quisquis. Et quomodo Aug. videatur ibi loqui principaliter de abusu tamen Gratianus in fine illius di. § Unde extendit etiam illud ad indumenta. Ut scilicet debeat in huius attendi mos patrie cuius patrie et si sit immoderatus et vanus inde abusus creature. Non tamen omnis abusus creature est mortalis sicut comedendo nimis vel ardenter est ibi abusus aliquis et tamen raro mortale. Quantum autem sit ille excessus qui ad superfluitatem seu prodigalitatem ornatus quod faciat mortale fateor me nescire dare regulam generalem nec credo facile posse dari. Nec reperio aliquem dedisse. Unde ad presumptionem mihi ego ipse ascriberem eam tradere.

Iuxta vero ipse ornatus muliebris est provocativus ad luxuriam videtur ibi distinguendum de occasione data sufficienter vel accepta. Si enim mulier ornet se secundum decentiam sui status et morem patrie et non sit ibi multus excessus et ex hoc aspicientes rapiantur ad concupiscentiam eius erit ibi occasio potius accepta quam data. Unde non mulieri sed ei soli qui ruit ex aspectu eius imputabitur ad peccatum saltem mortale. ar. ab h. 23 q. 4. de occidendis. Posset autem esse tantus excessus quod erit ibi occasio data ex parte mulieris se ornantis. Qualis autem sit iste excessus ubi mortale valeat iudicari ad arbitrium boni viri est dimittendum. boni viri non solum conscientia sed et sufficienter perita circa huiusmodi.

Sed et hic quod notat Alexander de Ales in suo scripto non credo facile debet in huiusmodi mulieres de mortali condempnari. Dicit enim quod licet mulieribus et viris se ornare secundum consuetudinem civitatis et statum et conditionem per se ornantis. Ita tamen quod non sit libido in voluntate quod pertinet ad intentionem de qua dictum est supra quando est ibi mortale vel veniale. Nec sit ibi scandalum in exteriori opere quod pertinet videtur ad nimium excessum. Nec tamen asserit in quantum faciendo esse ibi mortale quod non semper sed et facies vel quod pretiosis vestibus videtur magis pulchritudinem ostentare et per consequens magis ad lasciviam incitare. b. Tho. 2a 2e q. 169. ponit non esse mortale nisi sit mortale vel veniale secundum intentionem utentis et conditionem personae vel si non sit in statu nubendi precipue religiose in quibus fortius esset mortale quando et turpitudinem non valens sed ex superveniente aliqua egritudine accidit per huiusmodi occultetur. his quae nupte sunt sine peccato fieri possunt secundum b. Tho.

Expeditis quae dicenda videntur quod in huiusmodi ornatus confessori liceat dare vel in dubitatis mortalitate non absolvat in proponat abstinere aliquid omnino. Ut sic intelligitur sequatur iudicium mortalitate non absolvat nisi proponat abstinere ... xi. q. 3. tunc sunt. et de pe. di. 5. Falsas. Quod in huiusmodi reputat veniale esse non deneget absolutionem et si nollet dimittere sed illo proseverat quod venialia non sunt de necessitate

confessionibus. secundum beatum thomam et alexandrum de ales. i. quaestio. similiter si vero non potest clare pape vel mortale vel veniale seu ex ignorantia ipius quia nescit intelligere vel exprimere illa. seu ex qualitate vel quantitate ipius ornatus non videtur tunc preripienda sententia ut habetur. ... in quadam summa. sed propter hoc absolutionem vel illi faciat contra conscientiam mortaliter quia faciendo postea contra illud est si illud non esset mortale. ei est mortale. quia omne quod est contra conscientiam edificat ad gehennam. 28. q. 1. c. Ex his. Et cum propinquiora sint iura ad solvendum quam ligandum. di. 48. poderet. Et melius sit domino reddere rationem de nimia misericordia quam de nimia severitate ut dicitur causa 26. q. 6. alligat. potius videtur absolvenda et divino examini dimittenda. Fateor tamen quod et predicatores in predicando et confessores in audientia confessionis debent talia detestari et reprehendere et persuadere ad dimittendum. cum sint nimia et excessiva ut communiter accidit. non tamen ita indistincte asserere esse mortalia. Et ad hoc optime facit quod dicit augustinus in epistola ad possidium et allegat beatus thomas 2a 2e. in materia hac. Nolo autem ut de ornamentis auri vel vestis prava habeas in prohibendo sententiam nisi in eos qui coniugati non sunt nec coniugari cupiant et cogitare debent quomodo placeant deo. Illi autem cogitant que mundi sunt quomodo placeant vel viri uxoribus vel uxores viris.

1m Ad argumenta vero in contrarium adducta respondetur. ad primum auctoritatem petri. odisti observantes vanitates supervacue. dicendum quod intelligitur in eo casu in quo huius ornatus vanitas sit mortalis. non autem simpliciter de omni vanitate.

2m Ad 2m autem ysaye. quod intelligitur similiter in casu in quo est mortale vel nimis excessiva. Vel propter abusivitatem vero dominus promittit illa auferre et dare contrarium in punitione criminis quod potest esse veniale.

3m Ad 3m. scilicet de doctrina apostolorum in huius videtur quod non omne quod est contra doctrinam apostolorum est mortale. Ad indispensabile secundum scotum quantum ad ea que pertinent ad fidem vel bonos mores necessarios ad salutem. Sicut in lege antiqua erant moralia praecepta et in evangelica et canonica lege quedam ponuntur preceptorie quorum transgressio est mortalis. quedam mandatorie inducentia ad veniale. quedam consultorie ad nullum omittentis talia peccatum ligantia sed ad maius bonum promoventia. Ita est in doctrina apostolica. Dicitur autem intelligitur in talibus preceptum vel mandatum expresse loquendo et ex brevitate ipsarum scripturarum non potest clare cognosci. Unde secundum maiores sententias et declarationes sanctorum. Talis autem ornatus ab apostolis non prohibetur preceptorie nisi in eo casu cum fieret ad lasciviam. vel iactantiam. ut dicit beatus thomas. sed mandatorie vel exhortatorie quod patet ex evidentia rationis quia si preceptorie diceret vel obligaret sequeretur hanc inconveniens quod quaecumque portaret vestem auro intextam vel argento esset regina mortaliter peccaret quod est absurdum dicere. Deduuntur autem epulone. Respondeo quod ille ornatus erat veniale in eo fuit. huius vanitate sine conscientia et ex superfluitate necessitatis lazari non subveniret.

Ex predictis patet quod sit respondendum ad secundum questionem scilicet de facientibus vel vendentibus huiusmodi ornamenta sive argentea sive brevioris expeditiose. Si enim huiusmodi ornamenta non possunt vel uti nisi cum peccato mortali tunc sine dubio et illi artifices et venditores peccarent mortaliter dantes occasionem ruine aliis. Sed quia dictum est quod de se huiusmodi ornatus non est mortale et si ut in pluribus fiat. fiat saltem veniale vel quodvis. aliud est sine peccato non tenentur tales dimittere talem artem ex qua committitur frequenter venialiter dando occasionem mulieribus

et venditione horum quia si sic oporteret dimittere pene omnes artes cum difficile sit in vendere et emere non intervenire peccatum. Inquit leo papa. de pe. di. 5. Qualitas. Illa ergo arte vel artificium potest dimitti contra conscientiam et negotiationem que sine mortali vel non potest. alias non est absolvenda. et ita videtur. magister summa in 40. secundum declarationem sanctorum ex his loquitur. Si ergo fieret vel constitudiatur credit artifex nihil tales que vel emit ad provocandum ad lasciviam et alio criminali utentes talis non possunt vendere absque peccato mortali. Et tunc hic laus deo.

Explicit de gratia

Predicatio pulcherrima contra vitium blasfemie

Loquebatur recte. Mar. 7. Ista verba dicta sunt de illo qui erat surdus et mutus et significat ut exponit beda quoslibet mentes per gratiam dei misericordiam apertis labiis curatas et quo ad audiendum et quo ad loquenda divine laudis. Unde vel nos et in audiendo et loquendo hoc possimus optime. canimus ad illa de quibus dicit bernardus. nos in ceteris virtutibus congaudemus vel sed in misericordia potius nobis. laudamus vero humilitatem admiramur virginitatem sed misericordia miserie sapit dulcius hanc amplectamur carius recordemur sepius crebrius invocamus. ergo dicitur.

Loquebatur recte. ut supra. Beatus iacobus volens nos mirabiles esse cautos in viciis que occurrunt in lingua dicit. iacobi 3o. Si quis in verbo non offendit hic perfectus est vir. potest freno circumducere totum corpus. Si autem equorum frena mittimus in ora ad consentiendum nobis et omne corpus illorum circumferimus. Ecce et naves cum magne sint et a ventis validis minentur circumferentur autem a modico gubernaculo ubi impetus dirigentis voluerit. Ita et lingua quidem modicum membrum est et magna exaltat. Ecce quantus ignis quam magnam silvam incendit. Et lingua nostra ignis est universitas iniquitatis, lingua constituitur in membris nostris que maculat totum corpus et inflammat rotam nativitatis nostre inflammata a gehenna. Omnis enim natura volucrum et serpentium et ceterorum domantur et domata sunt a natura. linguam autem nullus hominum domare potest inquietum malum plena veneno mortifero. non ergo quod sit plena veneno quia defectum malis que loquitur scriptura. 90. fuerit per linguam. Et ideo propheta. dixi custodiam vias meas ut non de. di. ma. 23. et in huius figura numeri 18. vas sine operculo immundum erit unde et in ore cuiuslibet pueri ponitur sal in baptismo ad designandum custodiam et discretionem lingue, secundum illud apostoli. omnis sermo vester in gratia sale conditus sit. Et ideo in Mar. dicit autem. habete sal in vobis et pacem inter vos et hoc quia inquietum malum est lingua et plena veneno. non propter hoc quod secundum beatum thomam 2a 2e. enumerat 24or. peccata mortalia que possunt committi cum lingua, et quilibet eorum potest subdividi in 6. vel septem species et sic sunt plures quam centum. In lingua enim est blassfemare quod est venenosissimum. 2m. detrahere sive infamare. 3m. est periurare. 4m. murmurare. 5m pa

pacē defendere. 6m. iuriari. 7m. contempnere. 8m. deridere. 9m. male consulere. 10m. seminare discordia.
11m e bilingue. 12m. adulari. 13m. maledicere. 14m. rumores querere. 15m. semetipsos extollere. 16m. secreta
revelare. 17m. cum ira comminari. 18m. mentiri. 19m. indiscrete promittere. 20m. ~~prave~~ loqui dissolute.
21m. nequiter loqui. 22m. otiosa loqui. 23m. multum loqui. 24m. prava loqui. Et ut possit dici de quo
hodie loquebatur recte dicemus de quinto contentissimo in loquendo s. blasfemia quam primo in duo dividere
p°. Blasfemie detestabilis culpa per horrenda.
2°. Blasfemie miserabilis pena pertimescenda.
Nota quantum ad primum quod ut dicit s. Tho. 2a 2e q. 13a. Blasfemia videtur importare quandam derogationem divine
bonitatis vel qd asserit de deo aliqd qd no e ut q negat qd e, et ista intellige d scie et derogie
q redudat in iniuriam dei sicut 2a honor scor q redudat in honore dei. Et no ut ibide dicit
1°. q e maius q homicidiu. Et hoc pbat i gravitat huius pcti p exempla dece pceptor. Q precepti
q no blasfemado deu redduat ad pcepta prime tabule, sicut illud no assumes nom dei tui
i vanu. et pcepta prime tabule sut longe graviora q sc q cernut ipm deu. Sic g
vir offedet militem regis grave est. sz si offederet militem gravi. si uxore regis adhuc gravi
4m. sz si ipz rege gravissim. Cosidera g° misera ura qsta fere pcti gravitate. O aia
nequissima. O aia ad ifernu parata. Et q dicit loge gravi e etna q tpalez offedere
2a. maiestate. ¶ 2a gravitas hui pcti max appet pp igratitudine maxima. Naz lingua
